UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

F

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

ta deoꝝ Extremā vt perhibent cęo enceladoqꝫ ſororem Progenuit. Hoc eſt peſſimā. Qđ nō ſine ratione eſſe videt̄: quādoquidē medici affirmant deteriores eſſe qui vltimi naſcūtur.

Extrinſecꝰ pe. coꝛ. vide in dictione Intrinſecus.

Extrico cas. penultima pꝛod. ab ex et trico: qđ a tricis fit. Tricę aūt ſunt impedimenta ⁊ implicationes. Et eſt extricare: explicare. Lact. lib. vj. Deniqꝫ muta q̄ꝫ animalia cū fraude capiunt̄: ſi aliquo ſe modo ī fuga extricauerint / fiūt poſtmodū cautioꝛa. Col̄. li. iiij. Silueſtris ager p̄cipue eſt eligendus: q̄ et ſi frutetis aut arboꝛibus obſeſſus eſt: facile extricatur ꝙ ſuapte natura quęcūqꝫ gignūtur: non penitus nec in pꝛofundū radices agūt: ſed per ſumma terrę diſpergunt atqꝫ deducunt.

Extricabile: a quo exiri poteſt. Cuiꝰ contrariū eſt inextricabile. Pli. libꝛo. xxxvj. Intus labyrinthū inextricabilē: quo ſi quis impꝛoperet: ſine glomere lini exitū inuenire nequeat.

Extro as. exeo. Nā ſicut intrare ingredi eſt: ita extrare egredi. Afra. Sil̄ limē intrabo: illi extrabunt illico.

Extroꝛſū ſignificat extra ꝟſus / ſicut introꝛſū intra verſus.

Extruo is. ędifico. Hiero. ad Julianū. Extruis monaſteria: multꝰ a te numerꝰ ſuſtentat̄. Et extruere: oꝛdinare. Cice. in Cato. Caret epulis: extructiſqꝫ mēſis: frequentibus poculis.

Extrudo dis. penult̄. pꝛod. extra trudo: per vim expingo / expello. Terē. in Hecy. Eo amantē inuitū Pamphilū extrudit. Plau. in Aul̄. Nā q̄ nūc me cauſa extruſiſti ex his ędibus.

Extūdo is. extoꝛqueo vel inuenio. Vir. li. j. Geoꝛ. Ut varios vſus meditādo extūderet artes Paulatim.

Exturbo as. e loco deficio.

Exubero as. pe. coꝛre. q̄ſi ſuperabūdo. Tractū ex vberibꝰ lactātibꝰ. Col̄. in p̄fa. In Aſia Myſiaqꝫ denſa ⁊ glutinoſa terra maxime exuberat.

Exupero as. pe. coꝛ. ab ex ⁊ ſupero: q̄ſi ſup̱ ſupero.

Exudo as. pe. ꝓ. emitto. Pli. Eſt aūt trium geneꝝ vnū arboꝛ ipſa exudat humi: modo alteꝝ manat ī plaga. Virgil̄. ꝟo li. j. Geoꝛ. Exudat inutil̄ humoꝛ: dixit pro exudat̄. Nō em̄ humoꝛ / ſed terra deſudat.

Exugo is. pe. coꝛ. xi. ctū. quod ⁊ Exugeo es. dicit̄ ꝓ extra ſugo. Plautꝰ. Jaꝫ ego me conuertā in hirudinē: atqꝫ eoꝝ exugebo ſanguinē.

Exuccū p̱ duplex cc. dicit̄ qđ eſt ſine ſucco.

Ex vinculis cauſam dicere: ſignificat vinctū reſpondere criminibus.

Exurene: purgatio q̄dā domꝰ ex qua moꝛtuꝰ ad ſepulturā ferendꝰ eſt: q̄ purgatio fit p̱ euerriatoꝛē certo genere ſcopaꝝ adhibito: ab extra verrēdo dictę.

Exul: ab exilio lis. ſicut pręſul a pręſilio eſſe cōuenit: vñ et exiliū eſt quod analogiam verbi ſeruauit. Nec obſtat mutatio litterę i. in u. euphonię cauſa: ne exil ⁊ p̄ſil dicat̄: ꝙ nimis exilis et īncōcinna eſſet pronunciatio. Aut certe ab exulto ⁊ pręſulto ſunt: in quibus ſicut ⁊ in cęteris Inſulto reſultoqꝫ frequentatiuis mutat̄ i in u. Nā exulto notū eſt. At pręſulto apud Li. libꝛo. vij. Si tu permittis: volo ego illi belue oſtendere quādo adeo feroꝛ pręſultat hoſtiū ſignis me ex ea familia oꝛtū q̄ galloꝝ agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Eſt igit̄ exul ab exilio / et pręſul a p̄ſilio. Pari em̄ modo iſta ſumi opoꝛtet: vt vnde exul / inde ⁊ pręſul: ⁊ vnde pręſul / inde et exul extra p̄poſitiones capiamꝰ. Nam exul nō quiſqꝫ. Aliter em̄ nō recte dicit̄ niſi cū exilierit vnde exulat: facinus ab eo admiſſum in eum animaduerteret̄ vt ſit pꝛopter aliquid moꝛte dignū: cuiꝰ cauſa in exiliū pꝛofugit. Cicero pꝛo Aulo Cecil̄. Exiliū non eſt ſuppliciū / ſed perfugiū poꝛtuſqꝫ ſupplicij: Nam qui volunt pęnam aliquā ſubterfugere aut calamitatem / eo ſolū vertunt: hoc eſt ſedem ⁊ locum mutant. Itaqꝫ in nulla nr̄a lege reperit̄ apud cęteras ciuitates maleficiū vllū exilio eē mulctatū: ſed cū oēs vincula / neces ignominiaſqꝫ vitant quę ſunt legibus conſtitutę: confugiunt quaſi ad arma in exiliū. Qui ſi in ciuitatem legis vim ſubire vellent: non pꝛius ciuitatem q̄ꝫ vitam amitterent. Exul tamen etiā q̄s dicit̄ cū ſit innocens ob ſuſpitionē ſeditionis aut pꝛoditionis. Unde Feſtꝰ inquit. Solū autem quin ſignificet locū q̄s dubitet / cuꝫ exules quoqꝫ dicant̄ loco patrię ſuę pulſi. Cicero ꝓ domo ſua. Hūc tu etiā poꝛtentoſa peſtis exulē appellare auſus es / cū tātis ſceleribꝰ eſſes notatꝰ? Et iteꝝ. Quid em̄ exul: ipm̄ p̱ ſe nomē calamitatis / nō turpitudinis.

Exulo as. pe. coꝛ. patria pꝛiuatꝰ ſū. Et duobꝰ modis dicit̄: ſcꝫ de loco in quo exul eſt / et de quo eiectꝰ eſt. Teren. in Eu. Nā domo exulo. Hierony. ad Paulinū. Eſchines cū Rhodi exularet.

Exulto tas. ab ex et ſalto: a in u mutata: ſignificat geſtu coꝛpoꝛis lęticiam exhibeo. Dicimuſqꝫ exulto rebꝰ ꝓſpere geſtis. Cicero lib. de repub. Eſt igit̄ quiddam turbulentū in hominibꝰ ſingulis: qđ vel exultat voluptate / vel moleſtia frangit̄. Hiero. in Prouer. Lętantur cū malefecerint: ⁊ exultant in rebꝰ peſſimis. Item Exultare eſt cum iactantia gloꝛiari. Cicero in Cato. Annibalē iuueniliter exultantē patientia ſua molliebat. Itē eſt geſtu vel dicto iniuriā facere. Virg. libꝛo v. Exultātiaqꝫ haurit coꝛda pauoꝛ. Itē Seuire. Cicero lib. iiij. de rep. Quę ſanguine alit̄: q̄ omni crudelitate ſic exultat: vt vix hoīm acerbis funeribus ſatiet̄. Hęc tamen ſignificata ad idē redeunt: vt Exultare ſit ſupꝛa modū exilire atqꝫ efferri: ⁊ quaſi geſtibus ſaltibuſqꝫ affectū animi oſtendere: ſiue ira id fiat / ſiue ſentētia / ſiue voluptate / aut alia animi affectiōe. Pꝛopꝛie ꝟo Exultare eſt extra ſaltare. Virg. lib. iij. Exultātqꝫ vada atqꝫ ęſtu miſcent̄ arenę.

Exundo as. vide in dictione Abundo.

Exuo is. ab ex ⁊ ſuo: quaſi diſſuo ⁊ exoluo. Virgil̄. Extulit exutas tēdēs ad ſidera palmas. Quādoqꝫ ſpolio. Cui contrariū eſt Amicio. Liuius libꝛo. j. Pꝛimo ſe agro paterno auitoqꝫ exuiſſe: deinde fortunis alijs. Lact. lib. j. Exuunt̄ etiā veſtibꝰ flagitāte pp̄lo. Quādoqꝫ Detraho. Virgil̄. lib. ix. Sic ait illachꝛymās humero ſimul exuit enſem. Qñqꝫ Denudo. Idē. Magna oſſa lacertoſqꝫ exuit. Qñqꝫ Depono. Cicero pꝛo Liga. Nōne humanitatē omnē exuiſſes?

Exuuię: ab exuēdo / ſicut induuię ab induēdo. Et nō ſolū hoīm tegmina aut veſtes dicunt̄ / ſed etiam animaliū. Virgil̄. lib. ij. Geoꝛ. Cū poſitis nouis exuuijs.

F Littera a Priſciano inter mutas numeratur: Ab alijs inter ſemiuocales: eo ꝙ a vocali incipiat: ⁊ in ſeipſam terminetur. Hęc alio nomine digāma dicta eſt: quia duplicis gamma figuram detineat. Ea in latinis tm̄ vtimur: in grecis ꝟo ph.

## F Ante A

Faba: genus leguminis notiꝰ q̄ꝫ vt a me declaret̄. Cuiꝰ diminutiuū eſt Fabula.

Fabarius a. um. quod ad fabā pertinet: vt Inſulę fabarię. De quibꝰ Pli. Inſulis quas ob id fabarias appellāt / qꝛ ſcꝫ ſponte fabas generent.

Fabalia. Pli. Sed maioꝛ pars malunt fabalia maturę ſationis q̄ꝫ trimeſtrē fructū eius. Nam ſiliquę caules qꝫ gratiſſimi ſunt pabulo pecoꝛi. Col̄. lib. ij. Veteres ruſticos plerūqꝫ dicentes audio: malle ſe matura fabalia q̄ꝫ fructū trimeſtrem.

Fabius: a Faba cognomen eius: qui fabam optime

ſerebat. Sic Cicerones Lentuli/piſones ⁊ huiuſmodi. Fuerunt autem Fabij/nobiles romani ex qb⁹ Idibus februarijs vna die trecenti ⁊ ſex ad vnum occiſi ſunt per inſidias a vientibus iuxta Cremerā fluuiū. Quorum cedem. Ouid lib. ij. faſ. ſic deplorat. Una dies fabios ad bellum miſerat omnes. Ad bellū miſſos perdidit vna dies. Sed qui primus Fabius dictus eſt Allobrox ꝙ apud flumen Iſaram Allobrogum regem ceciderit.

Fabianus nomen viri propriū. Fabiarius a. um. a Fabius fit. Unde dicit̄. Arcus fabianus qui construct⁹ eſt iuxta regiam in ſacra via.

Fabatia a veteribus dicebat̄ genus libi. Pli. Quin ⁊ priſco ritu fabatia ſuę religionis dijs inſacra eſt.

Fabula/diminutiuū a faba. Plau. in Sti. Pro operibus noſtris ſatis cōmodule nucibus fabulis/ficulis. Eſt ⁊ fabula res paſſim diuulgata/etiam ſi vera ſit a fando dicta. Iuue. It noua nec triſtis per cūctas fabula cęnas. Et fabula quę ad delectationē ⁊ vtilitatē inuenta eſt. Eſt rerum nec verarū/nec veriſimiliū: vt ꝙ daphnę verſa ſit in laurū. Apologus non differt a fabula/ſed tm̄ addit: vt p̄ter id ꝙ ſit res ficta ⁊ nō veriſimilis: vt fabula: allegorice tamē aliquid cōtineat/ qđ ad vitam ⁊ mores ptineat: vt ſunt Eſopi fabulę. Argumentum eſt res non vera: ſed tm̄ veriſimilis: vt ſunt argumenta comediaꝝ. Fabulę ſm̄ ritus ⁊ habitus hominū noiabātur. Romanę enim togatę dicebātur: qꝛ toga romana eſt. Sic gręcas fabulas ab habitu ęque paliatas. Uar. ſcribit nominari. Togatarum genera quattuor. Sunt em̄ togatę quę p̄textatę dicuntur/in quibus imperatoris negocia agebant ⁊ publica: ⁊ reges romani vel duces inducunt̄ pſonarum dignitate ⁊ ſublimitate tragedijs ſimiles. Pretextatę autem dicunt̄: quia vere regum vel magiſtratuum in hmōi fabulis acta comprehendunt̄. Secundum genus togataꝝ tabernarię dicunt̄ humilitate pſonarum: ⁊ argumentorū ſimilitudine comedijs pares: in quibus non magiſtratus/ſed humiles homines ⁊ priuatę domus inducunt̄: quę ꝙ oliuę tabulis tegerēt̄/cōmuniter Tabernarię vocabātur. Tertiū genus Attellanę. Quartū planipedes: de quib⁹ alibi. Sciēdū eſt ꝙ fabulę nomen ab auctoribus fę. genere pferri ſolet. Teren. in eunuchū ſuā. Iuue. vero maſculino protulit. Necdum finitus Oreſtes.

Fabella/diminutiuū eſt a fabula.

Fabuloſus a. um. celeberrimū de quo omnes fantur. Uel fabuloſum dicit̄ de quo multa fingunt̄. Hora. lib. j. car. Uel quę loca fabuloſus lambit idaſpes.

Fabolinus putabat̄ deus qui pueris primo fari incipientibus pręeſt.

Fabulor aris. loquor. Hiero. Solę cū ſolo ſponſo aut lectionibus ſacris/aut ſanctis meditatiōibus ſecū fabulamini: vt ipſe vobiſcū. Eius cōpoſitū eſt Cōfabulor. Teren. Si qn̄ ad eū acceſſerat confabulatū.

Fabulator/qui fabulas ędit/ vt Eſopus.

Faber/a faciendo nomen eſt: id ſignificans ſpeciale cui adhęret adiectiuū. Nā eſt omnis artifex q̇ labore corporis aliqđ artificiū facit: vt faber lignari⁹/faber ferrarius/faber murarius ⁊ hmōi.

Faber a. um. ad Fabrum pertinens. Unde Fabre aduerbium.

Fabre/artificioſe. Plau. Ut apologiā fecit: Qn̄ꝙ fabre. Hiero. in Exo. Quicquid fabre inueniri pōt dedit in corde eius. Et paulopoſt. Ut ſcirent fabre operari quę in vſus ſanctuarij neceſſaria erant. Ueteres affabre pro eo qđ eſt pulchre dixerunt: ſicut Infabre fede: turpiter Pacu. Barbariē peſtē noſtris nauib⁹ obtulit noua figura factā cōmiſſam infabre.

Fabrefacio/ędifico/ artificioſe cōpono. Plau. in caſſ. Nec fabulā aſtutiorē vllus fecit: atꝙ vt hęc fabrefacta a nobis. Unde fabrefactuz opus: id eſt artificioſe factum/ſiue manu artificis.

Fabrico as. ⁊ fabricor deponens. pe. cor. in eadē ſignificatione pro cōpono. Oui. lib. xiij. me. Cratere enęquem iam fabricauerat alcon. Cice. lib. iij. de ora. Capitolij faſtigiū illud ⁊ cęterarū ędium non venuſtas/ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Trāſfert̄ etiā ad animū. Curtius. Multa interea fabricat⁹ ingenio quomodo auertere inde hoſtem poſſet.

Fabrica proprie fabri lignarij officina: Quis ⁊ de alijs officinis dicatur. Ponit̄ etiā pro arte ⁊ fabricatione alicuius rei. Unde ⁊ ędificiū fabricā dicim⁹ ⁊ machinationem. Plau. Nunc hoc conſiliū capio: ⁊ hāc fabricam apparo: vt filias dicas tuas.

Fabrile pe. pro. quod eſt fabri/ſiue qđ ad fabrū ptinet vt opus fabrile. Hora. Quod medicorū eſt tractant medici/tractant fabrilia fabri.

Fabricius nomen romani ciuis frugaliſſimi q̇ in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic norma paupertatis ⁊ exemplū apud romanos q̇ patellā ⁊ ſalinū: ex argento tm̄ colendorū deorum cauſa domui habuit: ita tn̄ vt patella corneo pediculo ſuſtineret̄. Cui⁹ filię ob paupertatē de publico dotibus donatę ad maritos ierunt portātes gloriā domeſticam/pecuniā publicā. Hunc Pyrrhus epirenſis nullo auro/nullis pollicitationib⁹ expugnare potuit vt ſecum eſſe vellet: ac proximū a rege principatum obtineret. Qui dixit Pyrrho: non hoc illi conducibile eſſe: nā ſi epirotę inquit ambos nos norint: a me regi ꝙ̄ abs te mallent. Higi. in lib. de viris illuſtribus ſcribit legatos ſamnitū obtuliſſe dono Caio Fabricio grandē pecuniā. Tū fabriciū planas man⁹ p oia fere corporis mēbra deduxiſſe: ⁊ legatis ita reſpondiſſe. Dū illis oibus mēbris q̄ attigiſſet impare poſſet/nunꝙ̄ q̇cꝙ̄ defuturꝰ: ⁊ ita pecuniā repudiauit.

Fabrateria/oppidū Cāpanię/a quo fit Fabratern⁹.

Facio is. feci. factū. Cui⁹ paſſiuū facior apud veteres in vſu erat. vnde etiā cōpoſitū cum ad. con. de. ex. in. ob. pro. prę. per. re. ⁊ ſub. Plerūꝙ fit actiuū: vt Afficio or. Conficio or. Deficio pro Derelinquo. Deficior. Efficio or. Inficio or. Un̄ res infecta dicit̄: id eſt non facta. Officio or. Perficio or. Proficio or nō inueni/ſed proficitur impersonale vſus eſt. Sta. lib. iiij. theb. proficitur bello. Pręficio or. Reficio or. Sufficio or. Sciendū eſt ꝙ facio in compoſitiōe cum retinet a tam in ſecūda ⁊ in tertia perſona ꝙ̄ in prima accentum ſuper fa. ſyllabā ſeruat: Quis a breuis ſit: vt bn̄facio is. Malefacio is. Fabrefacio is. Madefacio is. pinguefacio is. aſſuefacio. cafeſio. Cādefacio. excādefacio. condocefacio. cōmonefacio. frigefacio. feruefacio. ꝯſuefacio. Tepefacio. Diſſuefacio. Māſuefacio. Orbefacio. Stupefacio. Satiſfacio. Uacuefacio. Patefacio. Ignefacio. Umbrefacio. Congelefacio. Putrefacio. Pudefacio. Labefacio. Expergefacio. Torrefacio. Rarefacio. Nigrefacio: ⁊ ſi qua alia reperiantur. Quę tamē habēt e ante f indifferentē: pręſertim quādo verba cum quibus componitur facio/ſunt ſecundę ꝯiugutiōis. Hor. in Ser. In noſtris iugulo ferrū tepefecit acutū. Catul. Alta tepefaciet permixta fulmina cede. Eſt autē Facere ꝓprie in opere eſſe. id eſt qui rei quā facit faciē quandā imponit. Unde a faciēdo facies dicit̄. qui enim facit vas vaſis faciē illi imponit. Qui veſtimentū/ veſtimenti faciem. Interdū ponit̄ ꝓ recipere: vt facio ſtipendia ꝓ exhibere. Cice. ꝓ Mure. Nolite a ſacris parijs iunonis ſoſpite cui oēs cōſules facere neceſſe eſt domeſticū. Pro ſcribere. i. cōponere. Un̄ Do. in Terē. Facit q̇ materiā cōponit: vt Menander. Pro Eſtimare. Pli. li. xxix. Sed hoc ipm̄ mercede faciūt: vt fides his ſit: ⁊ facile diſꝑdant̄. Plau. in Cur. Mi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

grare certū iā nūc e fano foras qñ eſculapij ita ſentio
ſentētiā: vt me nihili faciat: nec ſaluū velit. Sic dici/
mus Magnifacio/paruifacio/tantifacio: qd eſt ſum
me eſtimo/nullius eſtimo/tanti eſtimo. Jungit̄ et ge
nitiuus lucri/ſed non in hoc ſignificato/verū in ſuo:
vt lucrifacio. Plau: in perſa. Non edepol nauis tre
centis cara eſt. Feciſti lucri: quod exponi pōt: Feciſti
multū lucri. Similit̄ Sumpti facio: id eſt in aliqua
re emenda ſumptū facio. Idem: Si nunc me ſuſpen/
dam meā operā luſerim: ⁊ p̄ter operā reſtim ſumpti
fecerim. Paſſiuo etiā fio. Ci. vſus eſt Tironi ſcribēs
Quātā diligētiā in valitudinē tuā ꝯtuleris/tāti me fi
eri a te iudicabo. Nec cōpoſita ſunt/cū multa ex his
aperte diuiſa ſint. Plau. in Cur. Reſpicio vos nihili
meā gratiā facere. Idem in Ru. Minacias ego floc
ci non facio tuas. Ci. Cecine. Vtebar familiariſſime
Ceſare. Pompeiū faciebā plurimi. Transfert̄ hoc
verbū facio ad omnia. Nā ⁊ facere verba dicimꝰ/id
eſt loqui. Facere iter. i. ire. Facere terrorē. i. terrere.
Facere aliquē certiorē: reddere alicuius rei indubiū.
Facere gratū. facere ludos. Facere ſolennitatē: exhi
bere. Facere vrinā: meiere. Facere ſordes: ſordeſce/
re. Facere pediculos: emittere. Facere copiam: pote
ſtatē p̄bere. Facere lucrū: lucrari. Facere etiam pati
eſt: vt feci iacturā/damnū/naufragiū. Itē facere ſacri
ficare. Virg. Cum faciā vitulā ꝓ frugibus ipſe veni/
to. i. cū ſacrificabo. Plautꝰ: Plenā faciā tibi fideliā.
Itez Cōuenire. Mar. Nō facit ad ſeuos ceruix niſi
prima leones. Item prodeſſe. Pli. Hoc ⁊ tuſſi facit.
Item rem obſcenā facere. Plau. Mauult ancillę fa
cere ꝙ libere. Item tacere. Teren. in Adel. Ab mini
me gentiū non faciā. Quod do. exponit. Nō tacebo
quaſi tacere aliquā actionē habeat. Sed moralis ſi/
gnificatio eſt ⁊ cōmunis omnibus. Sicut aduocatū
dicimus male feciſſe cum tacuerit: pertinet ⁊ ad pe/
cuniam: quę fieri dicit̄. Sal. Quę pecunia ad hiſpa/
nenſe bellū metello facta erat. Facio iniuriā: iniuſte
facio. Ter. in Ecy. Et facis iniuriā cū fingis fabulas
cauſas ad diſcordiā. Deniq̄ Facere vt Papinianus
inquit omnē oīno faciendi cauſam cōplectit̄/dandi/
ſoluendi/numerandi/iudicandi/ambulandi/redden/
di. Vnde qui ocioſus ſedet/ſi roget̄ qd faciat/recte
reſpondere poterit ſe nihil facere: quādo quidē ocio
ſus eſt. Recte etiā ſe ſedere: quoniā ⁊ ſedere ipm ali/
quid facere eſt: vt iacere/nauigare/quieſcere. Faciaz
vt te plurimū amē. i. plurimū amabo. Faciam vt tibi
proſim: id eſt tibi prodero. Fac te eſſe qui ſum. i. fin/
ge te eſſe me: vel pone te loco mei. Facto opꝰ eſt. fie/
ri opus eſt. i. factu. Dici opus eſt dicto opus eſt pro
dictu. Quō eñ infinita rem verbis ſignificāt. ſic hęc
participia pro infinitis verbis ponuntur ⁊ ſignificāt
paſſionē. Supina in u magis ſignificāter nominati/
uo iunguntur: vt nec dictu facilis/nec viſu effabilis
vlli. Factū iri audio/illi iniuriā ſignificat ad contu/
tumeliā faciendā operā dari quo fiat iniuria. Itē fa/
ctum itur mihi contumelia. Cato pro ſe cōtra Ceſiū
Atq̄ euenit ita quirites: vt in hac cōtumelia quę mi/
hi propter hmōi petulantiā factū itur: rei quoq̄ pu/
blice medius fidius miſerebar quirites. A Facio itē
fiunt verba primę cōiugationis in co terminata quę
prope infinita ſunt: vt Sacrifico/magnifico/deifico/
clarifico/ędifico/viuifico/mortifico/iuſtifico/falſifico
⁊ hmōi.

Faceſſo is. faceſſi. ſm Priſcia. faceſſitū ſm alios faceſ/
ſum: ſm alios non habet ſupinū. Et ſignificat ad fa/
ciendum eo: vt Viſo ad videndum eo. Virgilius:
Haud mora continuo matris p̄cepta faceſſit. Inter
dum Faceſcere eſt diſcedere. Nec mirū. Altera enim
ſignificatio alteram gignit. Nam ⁊ qui ad faciendū
ꝗcq̄ it: diſcedit vt id faciat. Hinc vulgo dicit̄: Abeat
facere facta ſua. Terentius in Phormione: Hic qd
velis dari tibi in manū: vt herus his deſiſtat litibus.
Hęc hinc faceſſat: id eſt ſua curatum abeat. Dona.
Faceſſat: pro hin ſe faciet: id eſt abeat. Cice. in Hor/
ten. Faceſſant igit̄ qui docere nihil poſſunt: quo me/
lius ſapientiuſq̄ viuamus. Interdū ſignificat exhi/
bere ſe inferre. Nec tamen a ſignificatiōe ſua facien/
di recedit. Cice. Apio pul. Cum eſt nobis allatū de
temeritate eorū qui tibi negociū faceſſerent. Huius
paſſiuū protulit pro Clu. Sed hoc polliceor omni/
bus ſicut faceſſit̄ negocium.

Factito as. pe. cor. ſępe facio. Ci. lib. ij. offi. Hęc apud
maiores noſtros factitata. Facto debet eſſe frequen/
tatiuum a facio: ſed pro eo vtimur factito.

Facturio is. pe. cor. facere deſidero. Qd nōnulli ad rē
venereā transferunt. Plau. Facturit poſtq̄ ancillaz
aſpexit: hoc eſt coire cupit.

Factor nomē verbale: qui aliquid facit: vt cum dicimꝰ
deū factorē cęli ⁊ terrę. Interdū dicit̄ qui vinum vel
oleū vel quid ſimile facit. Similiter qui alterius ma
nualia negocia gerit: vt qui fruges domum vehit.
Cato: Lectū ſtratū vbi duo cuſtodes libere cubēt: ⁊
tertius ſeruus vna cum factoribus vbi cubet. Idem
Leguli volunt vti olea caduca ꝙ plurima ſit ꝗ plus
legat̄: factores vt in tabulatu diu ſit: vt fracida ſit ꝗ
facilius efficiant. Inde Factus.

Factus us. ⁊ factum dicebant: quod vno tempore con
ficerent: quem alij centum quadraginta modiorum/
alij centum viginti.

Factum: res geſta. Vir. Fortia facta patrum.

Factura rę. compoſitio rei quam facimus.

Factitius a. um. quod de aliqua re fit in aliam. Plinꝰ
lib. xij. Ergo in vtraq̄ gente bina laudaui genera ter
rennm ⁊ factitiū. Factitiū etiam dicitur ab alicuius
ſimilitudine factum. Vnde factitia verba quę ab ali/
cuius vocis ſimilitudine facta ſunt vt balantes a ba
lando oues dicuntur.

Facinus penul. cor. a Facio deducitur: ⁊ modo factū
ſignificat: vt apud Sal. Qui aliquo negocio intentē
p̄clari facinoris: aut bonę artis famā quęrūt. Mo
do ſcelus. Cice. lib. iij. offi. Ab hoc nulla fraus/nullū
facinus aberit.

Facinoroſus/ſceleſtus ⁊ flagitioſus.

Facilis pe. cor. dicit̄ ſine labore: at hęc res facilis eſt fa
ctu. Cuius cōtrariū eſt difficilis: quę non ſine labore
fieri pōt. Et difficiles terrę dicunt̄ ꝗ non ſine labore
fructū producūt. Vir. Difficiles p̄mū terrę colleſq̄
maligni. Aliqñ facilis dicit̄ exorabilis ⁊ ad ignoſcē/
dum paratus: vt Faciles venerare napeas.

Facile aduerbiū: ſine labore: vt non facile dici poteſt.
Eſt etiā cōfirmantis aduerbiū: ⁊ ſignificat haud du/
bie/liquido/certo/nullis aduerſantibus: vt Cęſar illi
us ciuitatis facile princeps. Cice. Quę mea ſentētia
in ſenatu facile valuiſſet. Et iunctū cū noīe exigit ſup
latiuum: vt facile doctiſſimus. Jungit̄ etiaz noībus
quę diuerſitatē ſignificant: vt facile diſſimilis. Et ver
bis cum prę cōpoſitis: vt facile pręſtat. Qñq̄ ſignifi
cat libēter: vt facile patior me a te laudari. Antiquē
tū faculter ⁊ facul pro facile dixerunt.

Facilitas habitus eſt quo quis aliquid facile facit: vel
facilis eſt ad faciendū aliquid. Et facilitas exorabili/
tas ſeu indulgentia. Ter. in Ecy. Et ſi ego meis me
omnibus ſcio etiā apprime obſequentē: ſed nō adeo
vt facilitas mea corrumpat illorum animos.

Facultas/proprie facilitas agendi: vt non eſt mihi fa/
cultas adeundi pontificem. Cuius contrariū eſt dif/
ficultas. Aliquādo facultas ſumit̄ ꝓ opibus: qm̄ cū
diues qs extitit: facile qd vult/agit. Petroniꝰ: Quiſ
quis habet nūmos/ſecura nauiget aura. Fortunāq̄
ſuo tēperat arbitrio. Multa loquor: quoduis nūmis

pręſentibus opta. Et veniet: clauſum poſſidet arca Iouē. Aliqñ pro poteſtate ⁊ vi. Pli. Si mihi facultas dareť vtrū mallē eligendi. Et facultas eſt vis quedā que facit vt id facilius fieri poſſit quod de vnaquaqꝫ arte pręcipiť. Eſt em̄ genus omniū artiū: q2 ſic diffiniri poteſt. Dialectica eſt facultas diſſerendi. Rhetorica eſt facultas dicendi: ⁊ ſic de alijs: quoniā per eas facile inſtruimur.

Factio ab initio honeſtum vocabulū. Unde factiones hiſtrionū: ⁊ quadrigariorū dicebanť: nunc nomine factionis ſeditio ⁊ arma dicunť. Nam eſt diuiſio ciuiū in diuerſa ſtudia: cū aliqui ſe principes facere in ciuitate conanť: inter quos eſt emulatio. Et q̇ eos ſequūtur factioſi appellantur: quia. ſ. affecti ſunt ad factionem. i. diſcordiā ⁊ ſeditionē. Tertullianus in Apologetico. Cū probi: cū boni cōgreganť: nō eſt factio dicēda / ſed curia. Interdū factio capiť ꝓ opulētia ⁊ auctoritate alicuius in ciuitate. Plau. in Aul. Iſtas ambiguas factiōes. dotes dapſiles: nihil moror. Quattuor apud antiquos fuerūt factiōes. Ueneta: praſina alba: roſea: a colorib⁹ noīatę. Caſſiodorus quattuor colores harum factionū cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus virēti veri dicatus erat. Roſeus flāmeę ęſtati. Uenetus nubilę hyemi. Alb⁹ pruinoſo autūno. Sue. ſcribit. His addidiſſe. Domitianū duas: alterā aurati: alterā pupurei panni. Nęc pnicitate curſus inter ſe decertabant: fauoreqꝫ populari ſiue imꝑatorio ex his preualebat vna.

Facies ⁊ vultus differunt: ꝙ vultus voluntas ſit quę ꝓ motu animi in facie oſtēdiť Uide Ser. Uultus eſt volūtatis indiciū: qui ꝓ volūtatis varietate mutať. Uirg. Spem vultu ſimulat: pręmit altū corde dolorē Inde etiā cęli ⁊ terrę vultū appellamus: q2 mutari cōtingit. Facies ꝯo ipſa ſpecies. Sal. Prorſus in facie vultuqꝫ vecordia inerat. Sumiť tñ facies ꝓ totius corꝑis forma: vt Do. in Eu. Terē. exponit. O faciē pulchrā. Faciē modo non partē corporis dicit: ſed totā ſpecieʒ quę apparet ⁊ cerniť. Ut em̄ ab aſpectu ſpecies: a fingendo figura: ita a faciendo vel a factura corporis dicitur facies. Plautus in Penu. Sed earum nutrix quę ſit facie mihi expedi. Statura non magna: corpore aquilino: ipſa eſt. Neqꝫ ſolum de hominibus diciť: ſed ⁊ de litteris: vt egregia litteraꝝ facies. De mōtib⁹: de mari: ⁊ de ceteris quoqꝫ reb⁹ cū ſit ingenit⁹ cuiuſqꝫ rei aſpectus: haud facile mutabilis. Inde ſuꝑficies: non diſcrepans a facie dicitur facies: vt facies maris. Sal. lib. ij. hiſto. Sardinia in aphryco facie veſtigij humani in occidentē q̄ʒ in oriētem latior. Ideʒ. Quib⁹ rebus permota ciuitas atqꝫ īmutata vrbis facies erat. Dicimus tamen confuſe facie fędatą: ⁊ vultu fędato. Quādoqꝫ etiaʒ facies ꝓ ſpecie diciť. Uirg. Quę ſcelerū facies o virgo effare. Antiq̇ vt notauit Gellius declinabant. Nęc facies: huius facies vel facij pro faciei.

Facetus a fando deduci videtur: ⁊ is diciť q̇ verbis facit quod vult. Eſt enim elegans in dicendo: nō tantū circa ridicula. Cum dicat Horatius. Facetuʒ catoni genus natura conceſſum eſſe Uirgilio decens: ſed excultę cuiuſdaʒ elegantię hęc appellatio eſt: a quo facete aduerbiū pereleganter vrbane. Quidam a faciendo deriuant: vt is ſit qui geſtibus aut verbis ita aliū imitatur: vt ſe illuʒ faciat.

Facetię ſunt quaſi delicię quedam ſermonis ⁊ dicta vrbana ſine ſcurilitate: q̄ etiā in factis intelligi poſſunt

Facundus diſertus a fando: qui ea q̄ mente cōcęperit: ad audiētes facile atqꝫ ornate ꝓfert. Hinc facūdia q̄ eſt facultas diſſerēdi cū gratia

Facula pe. cor. parua fax inciſus fuſtis. Fit autē ex piceis arboribus pręcipue: ſiue ex arundinibus aridis Eſt autē diminutiuū a fax.

Faculārij dicunť qui faculas geſtant.

Fex per ę. diphthongū vt Apul. docet: ⁊ tā maſ. q̄ʒ fę. generis eſt Et hoc vt differat in dtō a ꝓterito verbi facio. Et eſt excrementū cuiuſcuuqꝫ rei. Cuius diminutiuū eſt Fecula.

Feculentus a um. qđ eſt fecis plenū.

Fecatū vinū: quod e fecibus expreſſum eſt inquit Cato Hoc eſt qđ inter vina oꝑaria numeratur: cū ſit aquatum. Unde ⁊ defeco as: fece purgo.

Fecutinus a um. pe. ꝓ. ſimiliter a fece fit. Gel. Nō eas finitiones pręrācidas: neqꝫ fecutinas grāmaticas ſpectaueris: ſed aurē tuam interroga quo quid loco conueniat dicere.

Fecinię vuę dictę ſunt quę plus q̄ʒ cetere fecis afferunt Et alio noīe a colore Rubellanę vocanť.

Fagus. Uide in dictione Phagus. φηγοσ

Fale: turres lignee: ob altitudinē dictę a fando: ꝙ tuſci cęlū vocabāt. Quidā tñ per ph ſcribūt. Unde ⁊ phalarica. de quo loco ſuo.

Falx a farre: littera cōmutata. Falces in cāpania ſęcule dicunť a ſecādo. Et alię fenarie: alię adoreę: alię dumarię: que ⁊ Scirpule a ſcirpando. i. alligando quibus ſecant dumeta: alię dumarię.

Falcicula diminutiuū: parua falx.

Falco as: vnde ⁊ defalco: amputo ſiue tollo.

Falcidia lex: quę amputat legata: qñ ſaltē quarta pars bonorū nō ſuꝑſit heredibus.

Falcito as. pe. cor. falce cedo. Aug. in pſal. Adduxiſti me ad vineā: vt falcitem illam ⁊ amputem.

Falcarius a um: quod ad falcem ꝑtinet: vt cotes falcarię: quibua falces acuuntur.

Falcarij: qui falcibus vtuntur. Cice. lib. j. inuectiuarū cōtra Catil. Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios: quē locū exponens Priſcia. ait inter falcarios id eſt in locū vbi ſunt falcarij.

Falcatus a um. quod formam falcis habet. Pli. lib. x. de Gallo loquens. Ipſum ꝯo cantū plauſu laterum in ſublime quoqꝫ caudam falcatam erigens. Rurſus falcatum dicitur falcibus inſtructū. Unde falcati currus dicti ſunt. Macro. Inducebat etiā currus cum falcibus: ⁊ elephantos cū turribus.

Falco auis: cuius digiti pollices intus ſunt curuati: a ſimilitudine falcis: itaqꝫ dicitur falco non falcatis vnguib⁹: ſed ꝙ ⁊ roſtro et alis: et tota falcata ſit in rapinam: ſicut accipiter: qui grece diciť ιεραξ ιερακοσ κοιρωσ αλλαποιητικωσ ιρηξ eſt enim auis ſacra augurio: ⁊ ideo dicitur accipiter quaſi auis accepta ter: affert em̄ ⁊ nunciat optimū augurium rebus agendis volatu in ſiniſtrā: icci.co gręci auem ſanctaʒ ⁊ ſacram appellant. vel accipiter: ꝙ acciperet. Iupiter ab illa tam bonuʒ auguriū. oēs em̄ ſunt fęmine tñ maſculine declinanť: ⁊ qui vulgo dicunť moſcardini ſunt mares: ita errorē deprendit poſterior ętas: vt affirmant principū aucupantes.

Fallo is fefelli falſum: decipio: a fando deductum verbum: vt inquit Uarro ꝙ contra q̄ʒ diximus decipiamus. Poniť et pro lateo. Liui. Speculator carthaginenſis qui ꝑ bienniū fefellerat Romę deprenſus ꝑciſis manib⁹ dimittitur. Huius cōpoſitū eſt refello

Fallax inquit Aug. lib. ij. ſoli. Is recte dicitur cuius negocium eſt vt quiſqꝫ fallať: vel qui habet quandā fallendi appetentiā.

Fallaciter aduerbiū ſignificat cauſam decipiēdi.

Fallacię dicuntur verba ad fallendū compoſita. Inde fallacioſus a um. quod eſt plenum fallacijs. Gel. Ueterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſe confutantur.

Falſarius: qui decipiendi gr̄a ſcripta publica falſificat

Falſidicus penul. cor. ⁊ falſiloquus: qui falſa loqui cōſueuit: ſicut Ueridicus qui vera fari conſueuit. Uir-

r

gi.li.j.geo. Solē quis dicere falſum audeat.i.fallacē
Participiū vero paſſiue ſumit. Terē.in An. Falſus
es.i.deciperis. Falſus tñ tutor dicit qui nō eſt tutor
ſicut falſum eſt teſtamentū quod nō eſt teſtamentū.
Falſus liber improprie dicitur mendoſus. Recte au
tem falſum iudiciū: falſa ſententia: falſum nomē pro
non veris: nō ꝙ fallendi gratia dicta ſint: ſed ꝙ homi
nū opinionē fefellerint.

Falſum habere eſt fallere. Salu.in Iug. Neq ea res
me falſum habuit.

Falſo aduerbiū: non vere. Sal: Falſo queritur de na/
tura ſua genus humanū.

Falſo as falſum facio. Au.li.v.cōcor. Cum dicerēt ſcri
pturas noui teſtamēti falſatas fuiſſe a neſcio quib⁹.

Falernus regio Cāpanię vbi colles vitiferi ſunt. Var.
Quid in italia vtenſile nō modo nō naſcitur: ſed etiā
non egregiū nō ſit? Quod far cōparādū campano?
Qđ triticū Apulo? Quod vinū falerno? Qđ oleū
Velafrano? Pro vino vero ⁊ maſc. ⁊ neu.gener⁊ eſt
Mar. Rheſinata bibis vina falerna Tibul. Nunc
mihi fumoſos veteris proferte falernos.

Fallonia: eſt culpa iniuria propter quā vaſallus amit/
tit feudum: nomina barbara.

Faliſci: populi etruſci fuerūt: quoꝝ oppidū Falerij vo/
cabat. Ouid. Adde ſenē iunoni coloſq faliſcos. Ibi
fuit vrbs: mons faliſcorum dicta: quā nunc corrupte
Montēflaſconē appellant. Eſt ⁊ faliſcus venter non
diſſimilis lucanice inuētus primo in faliſcis. Papi.
lib.iiij.ſyluarū. Non lucanica nō graues faliſci.

Fama a fando dictio media. Eſt eñ quicquid de aliquo
diuulgatur: ſiue in bonū ſiue in malū. Virgi.lib.iiij.
Neq eñ ſpecie fama ve mouetur.i.infamia vt expo
nit Nonius. Fama etiā dicit de re inueterata firma/
taq in hominū opinione: cuius incerta. Mar. Quic
q̄d fama canit donat arena tibi. Quint. Fama ē olim
Iouē in imbrē aureū cōuerſum puelle in gremiū deſcē
diſſe. Interdū dicit opinio. Pli. Huc eñ liberalita/
tis tuę fama ꝑduxerat. Interdū Laus ac celebritas:
vt fama ſcipionū: fama camillorū. Virg. Sum pius
Aeneas fama ſuper ethera notus. A famo diffamo
⁊ infamo deducūt: de qb⁹ alibi Famella diminutiuū

Famoſus a um: tam in bonū q̄ in malū. In bonū. Iu/
uenal. Famoſos ęquitū cū dictatore magiſtros Hie
ro.de Iudith. Nec erat in oībus famoſiſſima qm̄ ti/
mebat deū valde: nec erat qui diceret malū verbum
In malū. Ci.li.ij.de ora. Ne ad famoſas vetuit ma
ter accedere. Sal. Largitionē famoſaz impudentēq

Famiger pe.cor.qui fert famā. Famigero as diuulgo.
Famigerabilis diuulgādus.

Famen locutio ⁊ ſermo: a fando dictū: vt illud. Ne le/
ui faltē maculare vitam famine poſſet.

Fames: edendi cupiditas: a φαρω edo. Et differt ab
inedia: ꝙ fames eſt ſemper cum appetitu edendi. In/
edia etiaz ſine appetitu: vt in ęgrotis. Unde melius
inedia dicitur abſtinentia: vel impotentia comeden/
di: non comeſtio.

Fameo es: ex quo fameſco is.

Famelicus penul.corre.a fame ⁊ edendo dictus eſt qui
fame laborat

Famelicoſus qui frequēter famelicus eſt. Uñ fameli/
coſam turrim paluſtrem veteres vocabant.

Familia in res et in perſonas deducitur. In res: vt in
lege.xij.tabularū. Agnatus proximus familiā habe/
to. Terē.in Heau. Decē dierū vix mihi eſt familia.
In perſonas autem natura aut iure ſub vnius pote/
ſtate ſubiectas vti filios nepoteſq ⁊ deinceps ſerui/
tutes quoq appellatę ſunt familia. Var. Si ab fun/
do lōgius abſunt oppida aut vici: fabros ꝓcurēt q̄s
habeāt in villa ſic ceteros neceſſarios artifices ne de
fundo familia ab opere diſcedat ac profeſtis diebus
ambulet feriata potius q̄ opere faciundo agrū fru/
ctuoſiorem reddat. Unde ⁊ paterfamilias: ⁊ mater/
familias. Hoc autem nomen primo a famul: deinde
mutatione littere u in i. familia dicta ꝑ ipſis ſeruis:
deinde paulatim inualuit vſus: vt etiā liberi familię
noīe: ⁊ quicūq in eadem domo viuerent cōprenderē
tur. Poſthęc ad eos quoq tranſlatū eſt qui ex eadē
ſunt cognatione: vt Ceſarū familia. Scipionū fami/
lia. Unicus vero ſeruus familię nomine non cōtinet
nec duo faciunt familiā.

Familiaris: quando adiectiuū eſt: ſignificat quod ad fa
miliā pertinet. Unde familiaria negocia: res familia
ris res domeſtica. Cicero. Et ſi negocijs familiari/
bus ⁊c. Quādo vo eſt ſubſtantiuū ſignificat amicum
nobiſcū verſantē et diuturna cōſuetudine nobis aſtri
ctū quaſi in eadē familia nobis cōiunctū: cuius etiam
familiaris dicat: ⁊ ꝓprie de eo qui ex eadem familia
eſt Ci.ad Q. fratrem Aeſopi tragedi Familiaris ſer
uus tibi notus aufugit.

Familiaria dicunt ſepulchra q̄ quis ſibi ac familię ſuę
conſtituit: ſicut ſcribit iurecon.de religioſis.

Familiaritas: conſuetudo ipſa.

Familiariter: domeſtice: ad ſimilitudinē familiarium.
Familiariter fero.i.grauiter ⁊ moleſtę. Nam q̄ ſunt
nobis familiaria: ea animo noſtro ſunt chara. Terē.
in An. Huius mortē tam fert familiariter.

Famulus qui ⁊ famul: originē habet ab oſcis populis
apud quos ſeruus famul dicebat. Unde ⁊ famulor
aris qđ eſt ſeruio tanq ſeruus. Cice.lib.ij.de repu.
Eſt eñ genus iniuſte ſeruitutis: cū hi ſunt alteri⁹ qui
ſui eſſe poſſunt. Cum autem hi famulantur.

Famulatus tus. Famulitas: ⁊ famuletiū pro ſeruitute.
Cice. Qui aliq̄diu ꝓpter ignorantiā ſtirpis et ge/
neris in famulatu fuerint. Var. Apud ignauuz dñm
duro famuletio aſtrict⁹. Dicit etiā Famuletiū ſeruo/
rū copia. Macro. Unus e famuletio cui prouincia
erat admittere volētes dñm cōuenire.

Famulanter aduerbiū a famulās ſignificat ſuppliciter.

Famularius a um: qđ ad famulū pertinet. Unde ver/
ba famularia dicta ſunt: quia infinitis famulari vi/
deantur. Quę ſint famularia verba: vide in dictione
Incipio.

Fanum templū a faunis dijs qui ſolent diuinare: vt ait
Martianus capella: vel a fauno q̄ auctore Probo
grāmatico prim⁹ cōditor fuit. Feſtus a fando: ꝙ pon
tifex in dedicatione templi certa verba prefari ſolet.
Hinc ꝓfanus. Sunt tñ qui hoc nomen ꝑ ph.ſcribāt.
απο τουφαρεκον qđ ſignificat manifeſtū: quod e
phano reſponſa dabant. Hinc ꝓphanus a um.

Fanuz: piceni amęniſſima ſeu Umbrię vrbs in littore
Adriatico inter Piſaurū ⁊ Senogalliā non longe a
Metauro amne ſitum: ſic dicta: ꝙ i ea pulcherrimū
fortunę templū fuerit.

Fanaticus pe.cor.inſanus dicit: qm̄ ſacerdotes cum re
ſponſa dabāt furore pleni inſanire videbant ſe cōcu/
tientes. Nā apud auianū querit ſi ſeruus inter fana/
ticos non ſemꝑ caput iactaret: ⁊ aliqua ꝓfatus eſſet
an nihilominus ſanus videt. Dicit et fanaticus qui
fano preeſt: aut fani cuſtos. Iuue. Et crine ſenex fa
ticus albo Sacroꝝ antiſtes.

Fanaticus ſinus vulgo dict⁹. Vide i dictiōe phanates

Faneſij: populi in oceano ſeptētrionali: qui vt auctor
eſt. Pli.li.iiij.tā grandes habent aures: vt eorū nu/
da corpora tegantur.

Far farris apud veteres de oībus frugibus dicebatur
quia id ferret terra: vel a frangēdo: ſeu a faciēdo: ꝙ in
piſtrino fiat. Nam apud antiquos molarum nō erat
vſus: ſed frumentū i pila miſſuz frāgebāt: vocabātq
Adoreū ab adolendo.i.ſacrificando Col.li.ix. Poſt
hęc caues cum matre claudendi ſunt: ⁊ farre hordea/

ceo cum aqua incocto: vel adoreo farre: vino aſperſo modice alendi.

Farraca pe.pro.dicunt̃ cibaria e farre.

Farreũ genus libi ex farre factũ. Pli. Noue nupte farreũ preferebant. Farreũ quoqꝫ veteres hordeũ a farre ſicut granariũ a grano: ⁊ hordeũ ab hordeo.

Farreaceo: genus ſacrificij quod fiebat farreo libo quotiens nuptie conficerent̃. Hec etiã confarreatio dicebatur. At cũ diſſoluerentur matrimonia diffarreatio dicebatur.

Farrago pe.pro.a farre. Et id eſt quod ex multis ſatis vt hordeo: vicia: ⁊ leguminib⁹ fit pabuli cauſa Var. Inde ꝙ far ferro ceſum farrago dictuꝫ: aut ꝙ primũ in farracea ſegete ſeri ceptũ ſit. Vel dicitur a farciendo: hoc eſt ſaturãdo. Diuerſarũ quoqꝫ rerũ cõmixtio farrago dici poteſt. Iuue. Quicquid agunt homines votuꝫ: timor/ira/voluptas: Gaudia diſcurſus: noſtri eſt farrago libelli. Perſius autem farraginẽ pro farre vel frumento poſuit cum inquit. Vappa lippus ⁊ in tenui farragine mendax.

Farina a farre: vt lib.xviij. Pli. docet: denominata eſt Ideo per duplex rr. ſcribi deberet. Veruꝫ apud poetas prima corripitur. Mar. Paſcit̃ ⁊ dulci faciliqꝫ farina gallina. Ouid. de medicamine faciei. Nam q̃ puluere fuerint confuſa farine.

Farinaceus a um: qd̃ factum eſt ex farina

Farinarius a um qd̃ ad farinam pertinet. Pli.lib.xviij Farinario cribro ſuccernunt.

Farinariũ: locus vbi ſeruatur farina.

Farcio is. farſi fartũ. ſaturo: quaſi farre impleo: et per tranſlationẽ ſagino: pinguefacio. Col.lib.ix. Hec em̃ fere cõmunis eſt cura farcientiũ. Nam illi qui volũt non ſolũ opimas: ſed etiã teneras auis facere mulſea recente aqua predicti generis farinam conſpergunt: ⁊ ita farciũt. Huius verbi cõpoſita ſunt. Confarcio. Effarcio: infarcio: offarcio: a quo offartiſſimũ pinguiſſimum. Plau. Sine ſacris hereditateꝫ ſum adeptus offartiſſimã ⁊ Refarcio.

Farcimen pe.cor. inteſtinum varie ac minutim conciſa carne refertum.

Fartores qui farcimia faciũt ex inſecta carne ⁊ adipe ⁊ huiuſmodi. Terẽ. in Eu. Cupedinarij omnes: cetarij lanij: coqui: fartores.

Fartilia: quibus implent̃ ea q̃ decoquunt̃. Pli. Iecur anſerinũ fartilibus creſcit mira magnitudine

Fartum eſca qua quid farcitur: vel fartũ eſt. Col.li.iij. Sẽꝑ ꝓderit ſimul ac folia agere ceperit ficus ſubrica amurca diluere: ⁊ cum ſtercore humano ad radicẽ infundere: ea res efficit vberiorem fructuꝫ: ⁊ fartum fici ſpecioſius et plenius.

Fartura fartũ eſt: ſiue actus modus ve farciendi. Ideꝫ lib.ix. Sed ſi faſtidiet cibũ: totidem diebus minuere oportebit: quot iã farture proceſſerint.

Faran oppidum trans arabiam iunctuꝫ ſaracenis qui in ſolitudine vagi errant.

Farfarus ſiue farfar ſyrie fluuius in radicibus libani montis emittitur: ⁊ per Antiochiam fluens in ſyriaco miſcet̃ mari. Hic tantus fertur: vt trãſiri vado nõ poſſit. Farfarus etiam dictus eſt fluuius qui per ſabinos tranſit. De quo Oui. Et amene farfarus imbre. Alio noĩe dicit̃ farbaris penul. correpta Vir.lib.vij. Qui tybrim fabarimqꝫ bibunt.

Faris vel fare fatur fatus: a fero deductum eſt. Nihil em̃ aliud eſt ferre q̃ꝫ fari.i.loqui. Quod etiam ſignificationẽ paſſiuam habere inuenit̃. Sue. Pretoꝛ faſti dies ſunt quib⁹ ius fat̃.i.dicit̃: vt nefaſti quib⁹ nõ dicitur. Hui⁹ verbi prima ꝑſona debet eſſe for: vt inq̃t Priſ. Eius compoſita ſunt Affaris: Extra loquens. Affaris ad aliquẽ faris. Ci. in Cato. Licet mihi hiſdem verſibus affari te attice: quibus affat̃ flãmineũ ille vir. Prefaris ante loqueris. Col. in prefa. Quas ordine ſuo tunc demũ ꝓſequar cum prefatus fuero q̃ reor ad vniuerſaꝫ diſciplinã maxime pertinere. Profaris vltra faris. Vir. Tum breuiter dido vultum demiſſa profatur.

Fas gtĩ non habet: ⁊ a fando deducit̃. Nã ſi faris ſeu fatis paſſiue dicamus: aliud ſignificare põt. Et fas quidẽ piũ et religioſuꝫ ⁊ fari dignũ dicit̃. Et ad deos refert̃: ſicut iuſtũ ad hoies. Vir. Fas ⁊ iura ſinunt.i. diuina ⁊ humana iura ꝑmittunt. Cuius contrariũ eſt nefas: qd̃ eſt impiũ ⁊ execrabile.

Faſcia genus ligature qua pueri vel aliud quid ligari ſolet. Et ꝓprie ꝓ tegumento crurũ pedũqꝫ faſcie poni conſueuerunt. Ideoqꝫ crurules peduleſqꝫ dicunt̃ Vlp. Faſcie crurules peduleſqꝫ veſtis loco ſunt quia partẽ corporis veſtiunt. Scribit Pli. lib.viij. Mures portẽdiſſe exitiũ carboni imꝑatori arroſis faſcijs quibus in calciatu vtebat̃. Itẽ faſcie dicunt̃ zone ſiue plage. Vide in faſcie. Col.li.vij. Recte genib⁹ applicant̃: ac faſceis circũdant̃. Martianus. Orbis terre in quinqꝫ zonas ſiue melius faſcias diſcernit̃. Aliqñ ponit̃ pro nube in modũ faſcie celũ ꝑcurrẽte. Iuue. Nil faſcia nigra minatur.

Faſciola diminutiuũ: parua faſcia.

Faſciari ẽ faſcia ligari. Spartia. de Antonio pio. Sed cũ eſſet longus ⁊ ſenex incuruatuſqꝫ tiliaticijs tabulis in pectore poſitis faſciabat̃: vt rectus incederet.

Faſcis lignoꝝ: aut alterius cuiuſqꝫ rei congeries: q̃ ligando fit. Per trãſlationẽ qñqꝫ ponit̃ ꝓ onere. Nã faſces lignorum: ſeu aliarũ rerũ graues ſunt portantibus. Virg. Ego hoc te faſce leuabo. Sed qm̃ lictores cum faſcibus virgarum ſecuribus alligatis ad terrorem preire ſolebant conſules ⁊ alios magiſtratus: factum eſt vt faſces numero plurali ſumant̃ pro magiſtratibus ⁊ honoribus qui a populo preſtantur: q: aut.xij. aut ſex faſcibus vtebant̃. Virg.lib.ij.geor. Non illum populi faſces non purpura regum flexit Nonnunqꝫ etiã numero ſingulari pro conſule. Ideꝫ Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

Faſciculus diminutiuũ paruus faſcis: vt in ſacris lr̃is. Faſciculus myrrhe. Accipit̃ ⁊ ꝓ olfactoriolo. Cice. lib.iij. Tuſc. Faſciculũ ad naris admouebis.

Faſcinus ⁊ faſcinũ penultima cor. a fando quoddã incantationis genus quo homines ita ligant̃: vt liberi non ſint: nec mentis compotes: ſepeqꝫ ad extremam maciẽ deueniant. Hora. in Epo. Minus ve languet faſcinum. Ponitur interduꝫ faſcinus pro faſcinatione: vt apud Plinium.

Faſcino as: pe.cor. maleficiũ infero. Virgi. Neſcio q̃s teneros oculus mihi faſcinat agnos. Huius compoſitum eſt: Effaſcino eiuſdem ſignificationis. Solin⁹ Quedã in terra aphryca hominuꝫ familie ſunt voce atqꝫ lingua effaſcinantes que ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores: ſegetes letiores: infantes amegniores: egregios equos: pecudes paſtu atqꝫ cultu optimas emoriant̃ repente. Põt etiaꝫ ſignificare maleficium tollo: ſicut Excanto incantationeꝫ remoueo. Ply. Eſſe eiuſdem generis in triballis ⁊ illyrijs adũcit Iſigonus qui quoqꝫ effaſcinet.

Faſcelis dicta eſt Diana a faſce lignorum in quo abſcõditũ diane ſimulachrũ Oreſtes aritiam detulit.

Faſelus generis maſ. vel fe. qui ⁊ phaſellus dicit̃ gen⁹ nauigij cãpani. Virg.lib.iiij. Et circũpictis vehitur ſua rura faſelis. Sal.lib.iij.hiſto. Et forte in nauigãda cohors vna grandi faſello vecta a ceteris deerrauit. In genere maſculino genus eſt leguminis exilis. ⁊ teretis qui et phaſeolus ⁊ phaſilus dicit̃.

Faſti dies dicti ſunt quibus ſine piaculo pretoribus licebat tria verba fari.ſ. do. dico. addico. Et nefaſti quibus non licebat fari. Ouidius. Ille nefaſtus erit per



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

que tria verba ſſentur. Faſtus erit per quem lege li/
cebat agi. Faſtoꝝ libri in quibus totius anni res po/
puli romani ſcripte cõtinebant: ⁊ cauſe feſtiuitatum
explicant: vt in faſtis Ouidij. de quibus idem. Sa/
cra recognoſces annalibus eruta priſcis. Et quo ſit
merito quecꝫ notata dies. Inuenies illic et feſta do/
meſtica nobis. Sepe tibi pater eſt: ſepe legẽdꝰ auus
Scribit Liuius. Flauium ſcribaꝫ faſtos circa forũ in
albo ꝓpoſuiſſe: vt quando lege agi poſſet ſciret. Et
eſt faſtus ſecũde ⁊ quarte declinationis. Luca. Nec
meus eudoxi vincetur faſtibus annus. Var. in Ephe
meride. Ceſar faſtus correxit. Col. lib. x. Sequor nũc
eudoxi ⁊ Metonis faſtus aſtrologorum. Et vt au/
ctor eſt Priſ. Eadẽ forma dicit faſtis faſti que ſenatꝰ
vel ſenati. Faſtus vero pro ſupbia ſemper eſt quarte
Et eſt ꝓprie indigna ſuiipſius per ſupbiã exiſtimatio

Faſtidio dis pe. pro. iui. itum a faſtu fit. Nam proprie
faſtidire eſt cũ faſtu quodã contẽnere. Virg. Inueni/
es aliũ ſi te hic faſtidit alexis. Unde ⁊ pro ſtomacha
ri dicit. Cõſtruitꝫ modo cũ actõ: modo cuꝫ dtõ: mõ
cũ gtõ. Hor. in ſer. Nũ eſuriens faſtidis oia ꝑter pa/
uonẽ rhũbũꝫ. Cice. ꝓ Milo. Sed etiã recte factis
ſepe faſtidiũt. i. faſtidiũ faciunt. Plau. in Aul. Abiit
neꝫ me certiorẽ fecit faſtidit mei. Lucil. li. vij. Diffi/
ciles ſumus: faſtidimus bonorũ.

Faſtidiũ meum: quo ego alios faſtidio. Faſtidium mei
quo ego ab alijs faſtidior. Quint. Ceu mulier omni/
bus expoſita mortalibus vanitatem faſtidium mei
deſpectuꝫ captauit.

Faſtiditus: faſtidio habitus. Luca. Pars magna ſena
tus faſtidita iacet.

Faſtidioſus qui omnia faſtidit: vel qui alijs eſt faſtidio

Faſtigiũ altitudo ac ſũmitas operis. Virg. Et faſtigia
ſuſpicit vrbis. Qñꝫ dicit ima pars. Idem li. ij. geor.
Forſitan ⁊ ſcrobibus q̃ ſint faſtigia queras. Qñꝫ fi/
nis. Ci. lib. iij. offi. Sed quo ope inchoato prope tñ
abſoluto tibi faſtigiũ imponimus.

Faſtigio as: acumino et q̃ſi faſtigiũ erigo. Pli. li. xviij.
Frumenta hyeme in herba ſunt: verno tpe faſtigiant
in ſtipulã que ſunt hiberni temporis.

Fatigo as pe. pro. quaſi fatim ago. Hoc eſt abundan/
ter agito: ⁊ ad laxitudinẽ deduco. Virg. lib. v. Velo/
ces iaculo ceruos curſuꝫ fatigat. Aliqñ ꝑcutio. Idẽ.
Verſaꝫ iuuencũ terga fatigamus haſta. Aliqñ per/
turbo cõmoueo: vt Que mare nunc terraſꝫ metu ce
lumꝫ fatigat. Aliqñ Excito. Ideꝫ. Socioſꝫ fatigat
precipites vigilate viri. Aliqñ Cohibeo. Ci. lib. iij.
offi. Qui non verbis ſunt ⁊ diſputatione phoꝝ ſed
vinculis et carcere fatigandi. Huius compoſitũ eſt
Defatigo quod eſt deorſum ſeu valde fatigo. Terẽ.
in Adel. Utinã quidẽ qđ cũ ſalute eius fiat: ita ſe de/
fatigari velim: vt triduo hoc perpetuo prorſus lecto
nequeat ſurgere.

Fateor eris: faſſus affirmo ſponte. Lactan. Idem etiã
poete fatent. Huius cõpoſita ſunt Confiteor: diffi/
teor Infiteor que ſignificant non fateor nego. Profi
teor: de quo infra.

Fator aris: multũ loquor. Eſt enim frequentatiuũ a fa
ris Feſtus: fatantur multa fantur.

Fatum a fatus ſm Priſcia. in paſſiua ſignificatione. i.
dictus. Unde fatum iuſſum ⁊ dictum dei. Ps. Se/
mel locutus eſt deus: duo hec audiui: quoniam po/
teſtas dei eſt ⁊ tibi dñe miſericordia. Aug. li. v. de ci.
dei. Quod enim dictum eſt: ſemel locutus eſt: intelli/
gitur imobiliter: hoc eſt incõmutabiliter eſt locutus
ſicut nouit incõmutabiliter oia que futura ſunt: ⁊ que
ipſe facturus eſt. Hac ratione poſſemus a fando fatũ
appellare niſi hoc nomẽ iam in alia re ſoleret intelli/
gi: quo corda hominũ nolumꝰ inclinari. Scribit Ci.
fatũ eſſe connexionẽ rerũ ꝑ eternitatẽ ſe inuicem tenẽ
tem que ſuo ordine et lege variãtur ita tamen vt ipſa
varietas habeat eternitateꝫ. Sene. in queſtionibus
naturalibus. Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſ/
ſitates rerũ omniũ actionũꝫ quas nulla vis rumpat
Sed quid de fato ſentire debeant catholici: ſcribitur
apud patrẽ meũ Auguſtinũ lib. v. de ciui. dei cap. ix.
Apud poetas fatum qñꝫ capitur pro natura. Vir.
Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Quã/
doꝫ pro voluntate. Id enim Plato dicit fatum eſſe
voluntatẽ ⁊ iuſſionem diuinã. Virg. Fatis iunonis
inique. Quandoꝫ pro oraculo quod dij fantur. Idẽ
Oblitus fatorũ. Quandoꝫ pro morte: quia nil tam
neceſſariũ impendet homini q̃ꝫ mors. Unde fato cõ/
cedit qui moritur.

Fatale quod pernicioſum eſt: vt dies fatales. Et fatale
dicitur quicquid nobis ex fato debetur ſiue bonũ ſit:
ſiue malum. Aug. lib. v. de ciui. dei. Et fatalia dicunt
que preter dei ⁊ hominũ voluntatem cuiuſdam ordi/
nis neceſſitate contingunt.

Fatidicus pe. cor. qui futura prediuinãdo ſolet fari qui
nobis fata. i. decreta deoꝝ exponit. Unde fatidici li/
bri qui continent fata populoꝝ quales erãt deceꝫ ſy/
billarũ libri qui ⁊ ab hiſtoricis fatales appellantur.
Fatidici vates ⁊ Fatidica manto noiatur qm̃ erat fa/
tiloqua que vaticinabatur diuinitate predita ελλη
νιστιερθει λέγωρται και μαρτιεσ

Fatifer a um pe. cor. qđ eſt mortiferum.

Fatim aduerbiũ Abundãter a fando: quia verborum
q̃ꝫ rerũ maior ſit copia: vel ꝙ fari facile ſit. Hinc cõ/
ponit Affatim de quo ſupra.

Fatiſco is. deficio. Col. li. viij. Nõ debet octo capituꝫ
numerũ excedere: non q2 ignorẽ fecunditatẽ ſcropha
rum maioris eſſe numeri: ſed q2 celerrime fatiſcit q̃
pluris educat. De hoc etiã in Defetiſcor.

Fathiſcere cum h eſt abundãter aperire: quaſi affatim
hiſcere. Vir. Remiſꝫ fathiſcunt. Ambro. lib. hexa.
Plerũꝫ terra meridiane plage torretur ardoribus
atꝫ eſtu ſoluta fathiſcit in puluerẽ miſerãdi agrico/
le labore cõſumpto.

Fatuus inſipiẽs tractũ a ſapore ciborũ: qui cum nõ ſa/
piunt/fatui dicunt. Mar. Ut ſapiant fatue fabrorũ
Filix genus herbę ſatis notę. Colu. lib. ij. Iunci ⁊ graminis pernicies repaſtinationē filicis frequēs extirpatio. Nam cōſtat filicē ſationibus ⁊ ſtercoratione facilius interimi. Huius diminutiuū ē Filicula.

Fimbria omnis veſtium extremitas. Antiqui fimbrū dicebāt extremū. Uñ i veſtimentꝭ fimbrię: et i iecore extremę partes fibrę nūcupant̄. Fimbriata vrticę folio eſſe ſcribit Pli. Ex quo colligim⁹ qualis ſit poſitura ⁊ flexura fimbriarū. Fimbria quoqꝫ nomen fuit romani ciuis crudelitate inſignis.

Fimus letamen dicitur.

Fimum quod nos fritillum et alueolū dicimus in quo coniecte teſſerę agitatęqꝫ miſcentur. Horati. Mitteret in fimum.

Fingo is. xi. ctum. compono formo. Unde ⁊ figuli dicuntur: ⁊ vas fictile quod formatur vt ſit ⁊ aliquam formam habeat. Saluſti. Quę natura ventri prona atqꝫ obedientia finxit. Lact. lib. j. Itaqꝫ hoīes eorū ſimulachra finxerunt vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt eñ generale vocabulum ad omnia quę ingenio manuqꝫ artificioſe formant̄. Cice. lib. j. offi. Apium examina nō fingendorum fauorum cauſa congregantur: ſed cū congregabilia natura ſint fingūt fauos. Et fingere ſimulare eſt: quoniam ea quę ſimulamus: ita formamus atqꝫ cōponimus vt vera eſſe videant̄. Cice. de fi. bo. Talibus exemplis non ficte ſolum fabulę: ſed etiam hiſtorię refertę. Hinc fictio fictum ⁊ figmentū. Hui⁹ verbi compoſita ſunt Affingo: quod eſt ſupra fingo vel compono. Lactā. li. iiij. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus: Habeant hęc qui fecerunt: legant in quos hęc dicta ſunt. Confingo ſimul fingo ſimulo. Ter. in phor. Omnia hęc cōfingam quod erit mihi bonum atqꝫ commodum: cum tu horum nihil refelles vincam ſcilicet. Diffingo quod fictū formatumqꝫ fuerat remoueo. Hor. lib. ij. car. Neqꝫ diffinget infectumqꝫ reddet. Seneca. Diſſipatum inſtaurat atqꝫ diffingit: id ē in diuerſas formas fingit. Effingo de quo ſupra.

Findo is. fidi fiſſum: per duplex ſſ. ſignificat ſcindo. Cicero lib. iij. Curabis vt preacutiſſima falce ab ea ꝑte qua bifurca eſt ſcindas eam. Huius compoſita ſunt Diffindo: quod eſt in diuerſas partes findo. Virgi. Et media liquefacto tēpora plūbo Diffidit: ac multa porrectū extēdit arena. Infindo: intus findo. Idē Quę iubeant telluri infindere ſulcos. Fiſſile fiſſura et quadrifidus deriuatiua ſunt.

Finis generis tam maſcu. qꝫ femi. Virgi. Quem das finem rex magne laborū. Idē. Hęc finis priami. Et eſt finis termin⁹ ſiue extremitas in vnaquaqꝫ re: hoc eſt id in quo vnaquęqꝫ terminatur res. Sic dicitur

finis terminationis: Sicut pratum dicitur finiri vbi terminatur: vt apud Eſaiam. Cuius regni nõ erit finis. Eſt ⁊ finis cõſumationis. Vñ dicimus domus finitᷓ qñ conſummatᷓ. Et veſtis finita eſt qñ cõſuta eſt vt indui poſſit. ps. Ois ↄſummatiõis vidi finẽ Rurſus eſt finis cõſumptionis. Sic dicimꝰ cibũ eſſe finitũ ⁊ candelã finitã: qñ cõſumpta eſt: vt in Geñ. Finis vniuerſe carnis venit corã me. Eſt ⁊ finis intentiõis: ſic dr: talis eſt finis huiꝰ operarij. i. intentio: vt apud Iob. Sicut mercenarius pręſtolatur finẽ operis ſui. Hinc artifices finẽ vocãt id ad quod oĩa referuntᷓ: ⁊ cuius gratia cetera fiunt: vt finis medici eſt curare: finis oratoris eſt bene dicere. Cõpoſita ab hoc noĩe ſunt affinis ⁊ cõfinis pe. pro. Vñ ↄfines agri dicuntᷓ qui eodẽ loco finiunt. Hiero. in ꝓlo. lib. Re. Syrorum quoqꝫ lingua ⁊ chaldeorum quę hebreę magna ex parte confinis eſt.

Finio is. iui. itum. perficio. Apuleiꝰ Siue opus finiã: qđ incepi. Aliqñ finire eſt terminum ponere metari. Vnde finitores. Huius verbi cõpoſita ſunt definio: diffinio: et prefinio.

Finitor pe. cor. dicebatur qui nunc Agrimẽſor. Plau. in penu. Eius nunc regionis limites cõfinia determinabo eius rei ego factus ſum finitor.

Finale quod ad finem pertinet. Vnde finalis cauſa.

Finitimus a. um. pe. cor. quod ꝓpe eſt. Liui. li. j. Iam res romana adeo erat valida vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet.

Fio is. factus: ſignificationẽ paſſiuam habet. Hiero. Equoꝝ curſus clamore pernicior fit. i. efficitur: grecũ tamen eſt φυω φυσω επι του μελλοντος και πεφυκα εν τω παρακειμενω. Et infinitiuo Fire habet ſm rectam declinationẽ: quod patet per eius compoſita Confire et Suffire: licet ⁊ confieri dicatᷓ. Virg. libro. iiij. Confieri poſſit paucis aduerte docebo. Quę duo ⁊ ſi a verbo paſſiuã ſignificationem habente deſcendant: actionem tamẽ denotãt. Virg. At ſuffire thymo ceraſqꝫ recidere inanes. Quis dubitet. Confio tñ in paſſiua ſignificatione reperitur ꝓ cõficior: vt apud Macro. Oportet diem qui ex quadrantibꝰ confit intercalare. i. ↄficitᷓ. Col. lib. ij. Tria ſtercoris genera ſunt ꝑcipua quod ex auibus: quod ex hoibus: quod ex pecudibus confit. Defit: de quo alibi. Ex fio: infit incipit. Habet enim ſignificationẽ actiuã. Li. lib. j. Tũ ita Tullus infit. Antiqui tñ fior dixerunt: vnde Cato cenſorinꝰ de lucio inquit. Greco ritu fiebantur ſaturnalia. Cuius infinitiuus eſt Firi pro quo vt Priſ. docet interpoſita e dicimus de vſu fieri. Conſtruitur modo cum ablatiuo: vt hoc factũ eſt a te. modo cum noiatiuo: vt ille fit doctus. Ponitur quandoqꝫ pro eſtimor. Cice. in Lel. Tertius vo ille finis teterrimus vt ꝗnti quiſqꝫ ſe ipſe faciat: tanti fiat ab amicis. Quandoqꝫ pro appareo ⁊ innoteſco. Apoſtolus ad ro. Vt fiat ſupra modũ peccans peccatum per mandatum. Et illud fiat deus verax. i. appareat innoteſcat. In tertia perſona quandoqꝫ pro euenit contingit. Idem lib. j. offi. Fit aũt interdum: vt nõnulli omiſſa imitatione maioꝝ ſuorum quoddã inſtitutum cõſequantᷓ. Fieri poteſt: ꝓ poſſibile eſt ab oratoribus vſurpatur. Habet fio ea compoſita quę facio: vt caleſio: frigeſio ⁊c̃.

Firmus ſtabilis: conſtans a ferendo dictus ꝙ conſtanter oĩa ferat. Hinc firmitas: quę ⁊ firmitudo dicitᷓ ꝓ ſtabilitate ⁊ conſtantia. Plau. Si iſtã firmitudinẽ animi obtines ſalui ſumus. Itẽ firmus dr munitus fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qđ eſt munitꝰ ab equitibus: firmus per equites. Et eſt ornatus dicendi modus vt Cicero fuit clarꝰ ab eloquẽtia. Huius contrariũ eſt infirmus. i. debilis.

Firmo as. ſtabilio fortifico. Liui. Firmatqꝫ eũ aphricis maxime pręſidijs. Lactan. libro. iiij. Supereſt vt verbis facta firmentᷓ. Huiꝰ cõpoſita ſũt affirmo: cõfirmo ꝓ approbo roboro. Lact. li. iiij. Debet ergo doctor ille ꝑfectus ⁊ docere ita pręcipiẽdo ⁊ cõfirmare faciẽdo. Et ꝓ certifico. Ci. Treba. Balbus mihi confirmauit te diuitẽ futurũ. Infirmo nõ firmo: ſiue deficere cadere ve facio. Lact. li. v. Vbi autẽ religiõis eius ↄtra quã porabat infirmare voluit rationẽ. Refirmo rurſus firmo. Offirmo de quo infra.

Firmamentum ſoliditas ⁊ ſtabilimentum. Cice. libro primo ad heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit queritur: nec firmamentũ queritur quoniã nõ ſubeſt ratio. Vñ firmamentũ dictum eſt cęlum a firmitate. Auguſt. Hoc ſane nouerint nec nomen firmamenti cogere vt ſtare cęlũ putemus. Firmamentũ em̃ non ꝓpter ſtationẽ: ſed ꝓpter firmitatẽ aut ꝓpter intranſgreſſibilẽ terminũ ſuperoꝝ et inferoꝝ aquarũ vocatum intelligere licet.

Fiſci fiſcinę ⁊ fiſcellę ſunt vaſa ad maiores ſummę pecunias capiendas ꝗ̃ marſupia. Vnde quia maior ſumma eſt pecunię publicę ꝗ̃ priuatę: dicitur Fiſcus pecunia publica: ꝓprie tamen apud idoneos auctores fiſcus principis dicitur. ęrarium vero publicum. Pli. ad Traia. At fortaſſe non eadẽ ſeueritate fiſcũ ꝗ̃ ęrariũ cohibes: immo tãto maiore ꝗ̃to plus tibi licere de tuo ꝗ̃ de publico credis. Iuriſconſulti ſcribũt res fiſcales quaſi proprie ⁊ priuate ꝓ̃ncipis ſunt Inde confiſcari ſolet dici in publicũ ius ęrarij redigere. Sue. in Aug. Deuictiſqꝫ his ⁊ cõfiſcatis promiſſa veteranis premia ſoluerentur.

Fiſcale qđ ad fiſcũ ꝑtinet: vt ius fiſcale: fiſcalis cauſa.

Fiſcina penulti. cor. a fiſcus pręter regulam aliorum a ꝓ̃mitiuis habẽtibꝰ c. deſcendẽtiũ: vt Mancus mancinus. Eſt autẽ fiſcina genus vaſis ꝓ capiẽda maiorᷓ ſũmę pecunia. vñ Aſco. Sportę ſportulę ⁊ ſportellę nummoꝝ ſunt receptacula: Et ſacci ſacculi ⁊ ſacelli: crumenę manticę ⁊ marſupia. Ita fiſci fiſcine fiſcellę. Fit aũt plerũqꝫ ex iunco qđ alij caniſtrũ: alij calathũ dicũt. Virg. Et facilis rubra texatᷓ fiſcina virga Dicta eſt fiſcina vt inquit Var. a ferendo. Ea nãqꝫ ferũtur paleę: fęnũ frondes ⁊ id genꝰ reliqua. Ouiđ. Vñ data eſt ęgre fiſcina frondis oui. Et Pli. Frõdarias fiſcinas quattuor implere frondatorem iuſtum eſſe autumat. Fiſcina item olei factores vtuntur: vt Idẽ libro decimoquinto oſtendit. Huiꝰ diminutiua ſunt Fiſcella et fiſcinula.

Fiſcella vas vimineum aut ex iuncis: quo lac colatur dum caſeus imprimitur vel in quo caſei feruntᷓ. Hiero. ad Ruſti. Vel fiſcellam texe iunco vel caniſtrum plecte viminibus. Tibul. Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci Raraqꝫ per nexus eſt via facta ſero. Fiſcella etiã e viminibus funiculiſve contexta: dicitᷓ qua boum ora fauceſqꝫ iumentorũ capiſtrantᷓ. Pli. lib. xviij. Fiſcellis capiſtrari boues oportet ne germinum tenera decerpant.

Fiſcellus ab antiquis dicebatᷓ caſei mollis appetitor. Quo nomine etiã dictus eſt mons in italia non longe a Tyberi.

Fiſon fluuius quẽ noſtri Gangen vocant de paradiſo exiens. Vide Phiſon.

Fiſſile quod fiſſum eſt: vt fiſſilis arbor. Pliniꝰ lib. xvj. Milleqꝫ fiſſile rimis hoc lignũ. Quãqꝫ dicitur fiſſile pe. cor. q2 finditᷓ quaſi fiſſibile. Idẽ pauloante. Hęc maxiĩe fiſſilia alia frangi celeriora ꝗ̃ findi. Virg. Nã primi cuneis ſcindebant fiſſile lignũ.

Fiſtula proprie dicitur per quam aqua educitur fuſa a fundendo ſiue ferendo ſicut Tubi a tumore et canales a canna ꝙ ad earum ſimilitudinem facti ſunt ego tamẽ grecum puto φυσαω inflo fitum dicunt vulgo. Hier. lib. ij. Re. Tetigiſſet domatũ fiſtulas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A cuius ſimilitudine inſtrumentũ muſicũ quo flatu
canitur. Cuiꝰ pan dicitur inuentor fuiſſe. Virg. Se/
ptẽ cõpacta cicutis fiſtula: et vlcus altũ anguſtum ⁊
calloſum in corpore fiſtule nomẽ ſortitur ſiue ex vul/
nere ſit: ſiue ex vitio ortum quoad ſuppurationem
venerit. Et fiſtula in hoie ꝑ quã ſpirat̃: ſeu cibꝰ deijci/
tur. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lact. lib. de opi.
hõis ſpiritualẽ. ſ. ⁊ cibalẽ illa ſpiritũ meare: hac cibũ
potumqꝫ deſcendere. Et hę a faucibꝰ incipiũt. Spiri
talem Cor. aſperam arteriam noiat. Sed alia alij ẽ
ſuperpoſita. Nã interior gula vocat̃: quę a celſo ſto/
machus nũcupat̃: q: ſtomacho cõnectitur: ⁊ per quã
cibus demittit̃. Exterior vero Epigloſſis dicit̃. Quę
operculũ habet carthilaginoſum: quod claudit fora
men cũ cibꝰ vorat̃: hoc ſublinguiũ: ſiue lingua minor
appellatur. Rurſus fiſtula arbor aromatica: ſed par
ua quę ⁊ caſia dicitur: quę pro ſui breuitate a quibuſ
dam inter herbas odoriferas numeratur: ⁊ ad curã/
das viſcerũ moleſtias valet.
Fiſtulator accipit̃ pro tibicine: vt eſt apud Gelliũ.
Fiſtulo ac. fiſtulã ago: ⁊ in modũ ſpongię quicqꝫ facio.
Pli. Et pumicis fiſtulãs vice.
Fiſtuloſus a. um. quod eſt ſpongię modo factum: hoc
eſt foraminibus plenũ. Col. lib. viij. de Caſeo. Dein
de quo tenerior permaneat: clauſo neqꝫ vẽtis obno/
xio loco ſtipat̃ per cõplura tabulata: Sic neqꝫ fiſtu/
loſus: neqꝫ ſalſus: neqꝫ aridus ꝓuenit. Quoꝝ vitioꝝ
primũ ſolet accidere ſi parũ preſſus. Scõm ſi nimio
ſale inbutus: tertiũ ſi ſole exuſtus eſt.

## F Ante L

Flabrum quaſi flatio a flo as. Prop. Neqꝫ hic borę
flabra: neqꝫ arma timet: id eſt flantes ventos. Virg.
Nec flabra nec imbres. Verũ Ser. Putat tñ flabra
numero plurali dici.
Flabellum diminutiuũ a flabro: et accipitur ꝓ inſtru/
mento: quo fit ventilatio per ęſtatẽ ad refrigerandũ
corpus. Terẽ. Heus tu dore cape hoc flabellũ ⁊ vẽ/
tulũ huic ita facito dũ lauamur. Oui. de arte. Pro/
fuit ⁊ tenui ventos mouiſſe flabello.
Flaces oliuarũ purgamenta. Plini. In amurca ⁊ fla/
cibus hę ſunt carnes ⁊ ille feces.
Flaccum dicit̃ tritũ. Et flacco habere: quaſi ad terẽdũ
habere. Plau. Perij flacco habebit iam illic homo
lumbos meos. Hinc fit deflacco as.
Flaccidus a. um. a flaccis dicit̃ qꝺ eſt languidũ. Unde
flaccidi ſiue flacci dicunt̃ quoꝝ aures pendulę ⁊ non
arrecte ſunt. Col. lib. viij. Caper flaccidis ⁊ ꝑgrauã/
tibus auribꝰ exiguo capite habet̃ optimꝰ. Hinc co/
gnomẽ familię romanę ductũ eſt: vt flacci appellãt̃:
qui aures deorſum pendentes habent.
Flacceo es. cui. langueo. Hiero. in Eſaia. Et erũt irri/
gua eius flaccẽtia: a quo flacceſco languidꝰ fio. Col.
lib. iij. Paucis deinde horis dũ flacceſcat in ſole ha/
beto. Deinde in vmbra aſſiccato ⁊ ita ꝯdito. Cõpo/
ſitũ eſt Conflacceo quo vſus eſt. Gel. lib. j. pro detu
meſco. Nã fluctus inquit qui flãte aquilone maximi
⁊ crebriſſimi excitant̃ ſil' ac ventus poſuit ſternũt̃ et
ꝯflacceſcunt: ⁊ mox fluctus eſſe deſinũt.
Flagella diminutiuum a flagris ſummę arborum par/
tes et virgę ſiue capita minorum ſarmentorum vbi
naſcitur vua: ꝙ caro his ꝑcuſſa flagret: Quis aliqui
a flando potius dici velint: ꝙ ventorum crebros ſu/
ſtineant flatus. Colu. libro. v. At certe in ordinatis
vitibus vtiqꝫ obtinendum eſt: ne pluribus flagellis
emucientur niſi ſi propaginibus futuris proſpicie/
mus. Var. libro. j. de re ruſ. Emucidũ ſarmentũ pro/
pter infirmitatem ſterile neqꝫ ex ſe poteſt eijcere vi/
tem quã vocant minorẽ flagellum: maiorẽ etiã vnde
vuę naſcuntur palmã priore littera mutata in d. dal/
ma a venti flatu dicta.
Flagello as. quaſi flagello cedo. Sicut verbero a ver/
bero et fuſtigo a fuſte. Et flagellare increpare ẽ atqꝫ
perſonare.
Flagro as. ardeo a flamma vel a flatu quo alitur incẽ/
dium quãdo flatu excitatur ignis. Virg. Flagrãtiſqꝫ
dei vultum. Transfertur qñqꝫ ad deſideriũ amoris
odij/irę/virtutis/aut vitij: Lact. lib. j. Quid Apollo
pater eius nonne ob amorem quo flagrabat turpiſſi
me gregẽ pauit alienũ. Et lib. vij. Qui auaricia ino/
pum inexplicabili quadã ſiti flagrãt. Liui. li. ij. Ciui
tas ſecũ ipa diſcors inteſtino inter patres plebemqꝫ
flagrabat odio. Huiꝰ cõpoſita ſunt Conflagro: qꝺ
eſt totũ ſimul flagro. Lact. li. iij. Capitoliũ nõ ſemel
ſed ſępiꝰ fulmine ictũ ꝯflagrauit. Deflagro de q̃ ſup̃.
Flagratores dicebantur illi: qui mercede flagri cedi ſe
pertimebant.
Flagriões: dicti ſunt ſerui ꝙ flagris ſubiecti ſint vt ver
berones a verbere.
Flagitium eſt vitium flagitatione. i. reprenſiõe dignũ.
Nã flagitatio ad ſtrepitũ dr. Flãma eñ flagella ⁊ fla
gitare. i. perſonare dici intelligimꝰ qm̃ ſine ſonitu nõ
ſunt. Eſt ⁊ flagitium generale ad oĩa mala. Cic. in
Cato. Stupra ꝟo ⁊ adulteria ⁊ omne tale flagitium
nullis alijs illecebris excitari niſi voluptatibus. Ali
quando ſignificat errorem: vtpute rem vel flagris vl'
increpatione dignã. Cic. Tantã ne obliuionẽ inquit
in ſcripto ꝑſertim vt ne legens quidẽ ſenſerit quan/
tum flagitij admiſiſſet.
Flagitioſus ſceleratus. Saluſti. In tanta tamqꝫ corru
pta ciuitate id quod factu facillimum erat omniũ fla
gitioſorum atqꝫ facinoroſoꝝ circum ſe tanqꝫ ſtipato
rum cateruas habebat.
Flagito as. a flamma deductum videtur: vt ſit quaſi
flãmas agito. Flagitare eñ proprie eſt vehementer
cum inſtantia clamore ac ſtrepitu poſcere cum flagel
la flãma et ſine ſonitu crepituqꝫ nõ ſint vt docet Do/
natus in eu. Teren. Lact. lib. iiij. Succlamare cepe/
runt ⁊ crucem eius violẽtis vocibus flagitare. Hie/
ro. in prolo. paral'. Deniqꝫ cum a me nuper flagitaſ/
ſetis vt vobis paralipomenon latino ſermõe traſfer
rem. Habet hoc verbum in ſe maiorẽ vim qꝫ poſtu/
lo. Et qñqꝫ actõ tñ iungitur: vt Cice. pro Quintio:
Neqꝫ hoc cauſa poſtulat: ⁊ ſi poſtulat nõ tñ flagitat:
Qñqꝫ habet actm̃ cum ablatiuo mediãte ꝑpoſitiõe
Cęſar com. i. Interim q̃tidie Cęſar ab heduis frumẽ
tum qꝺ eſſent polliciti flagitat. Qñqꝫ conſtruit̃ cum
duobꝰ accuſatiuis: vt apud Sue. in Vitel. Tũ fene/
ratoꝝ ⁊ ſtipulatoꝝ publicanoꝝqꝫ q̃ vnqꝫ ſe aut romę
debitum: aut in via portoriũ flagitaſſent vix vlli pe/
percit. Huius cõpoſita ſunt. Conflagito. Pli. libro.
xxx. Tanta populi romani ꝯtumatia fuit: vt magnis
theatri clamoribꝰ reponi apoximenon cõflagitaue/
rit. Efflagito: de quo ſupra.
Flamma a gręco φλεγω φλεξω ardeo. Inde Flam
mifer. Ponitur interdũ methaphoricę flamma pro
periculo. Ci. li. ij. tuſ. Quid de cupiditate honorum
loquar: Quę flãma eſt ꝑ quã nõ cucurrerint hi q̃ hęc
olim punctis ſingulis colligebant. Idem in Bruto
dixit. Galbam eripuiſſe ſeſe de flamma iudicij: cum
ſignificare vellet eum liberatum eſſe a periculo iudi/
cialis damnationis. Terẽ. in eu. Ex flamma te pete/
re cibũ poſſe arbitror. De fumo tendere ad flãmam
ſignificat ire in periculum.
Flammeus a. um. Colu. lib. vj. Quędam partes eius
regiõis ſic infeſtant̃ euro quẽ incolę vulturnũ appel
lant: et niſi vites tegminibus opacent̃ velut halitu
flammeo fructus vratur.
Flammiuomus a. um. pe. cor. qꝺ flammas vomit.
Flammeum genus veli rubri ſeu crocei qꝺ geſtabatur

a mulieribus nuper nuptis: ſic dictum ꝙ eo aſſidue vtebaꝛ flaminica. i. flaminis vxoꝛ cui non licebat facere diuoꝛtiū. Et eodem modo tegebaꝛ nupta flameo: vt perpetuo cū viro maneret. Luc. de Martia iterū nubente catoni: Lutea demiſſos velarūt flamea vultus. Huius diminutiuū eſt flameolū. Juue. Sedet illa parato flameolo.

Flaminiū tegumen quo matronę capita tegebant.

Flaminica ſacerdotala: ſiue fllaminis dialis vxoꝛ.

Flaminia flaminis domus. Et flaminia via romę a flaminio dicta.

Flamearius infectoꝛ flamei coloꝛis violę lutee que flamea appellatur: quę ꝛ luteola a noſtris dicitur: ſicut violarius qui violacea tingit. Hinc flamea appellabāt veſtimēta lutei coloꝛis: quibꝰ flaminica vtebatur a quo ꝛ veſtes quibꝰ amiciebātur noue nupte ſimiliter vocabanꝛ flaminice.

Flaminius ſacroꝛum ꝑminiſter. Eſt etiā pꝛopꝛium nomen ciuis romani: a quo via flaminia: arcꝰ flaminius ꝛ foꝛum flaminium.

Flamatica arboꝛ fulmine icta.

Flamen neu. gene. flatus diciꝛ: ſiue voci ducta foramina muſicoꝝ inſtrumentoꝝ. Hoꝛa. Cur berecynthee ceſſant flamina tibię. Maſculino autē ſacerdotem ſignificat. Et flamines cognomē accipiūt ab eo deo cui ſacra faciunt: vt flamen dialis a dio. i. ioue quaſi Jouialis Martialis a marte ꝛ quirinalis a romulo. Aug. lib. ij. de ci. dei. ſcribit romanos tres tantū flamines inſtituiſſe tribꝰ numinibus dialē ioui. Martialē marti. Quirinalē romulo: dicti flamines ſacerdotes a filo quo cinctum caput habebant: vt docet Var. Seruiꝰ ſic habet. Flamines in capite habebāt pileū: qꝺ cū per ęſtus ferre non poſſent: filo tantum capita religare ceperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Vn̄ a filo quo vtebātur flamines dicti ſunt quaſi filamines.

Flāmo as. flāmam pꝛoduco. Virg. lib. iij. geoꝛ. Exilit in ſiccū et flammantia lumina toꝛquēs Seuit agris. Hinc cōponiꝛ inflammo qꝺ eſt valde vꝉ intus flammo. Ci. Curioni. Non feci inflāmandi tui cauſa: ſed teſtificandi amoꝛis mei.

Flāmeſcere ē flāmā fieri accēdi. Vn̄ in hymno dicimꝰ flāmeſcat igne charitas: acendat ardoꝛ pꝛoximos.

Flandria germanię regio ad littoꝛa oceani ſeptentrionalis poſita Varios habet populos qui pꝛiſco nomine Cymbꝛi dicti ſunt.

Flatoꝛ: et flatus. Vide in dictione Flo as.

Flauus coloꝛ ex viridi rufo et albo concretus: hoc eſt fuluo clarioꝛ qualis eſt coloꝛ auri. Et attribuiꝛ quādoqꝫ melli. Mar. Flaua mella: quandoqꝫ capillis. Ouidius libꝛo. ij. faſto. Foꝛma placet niueuſqꝫ coloꝛ flauiqꝫ capilli. Quādoqꝫ bladis maturis. Virg. lib. j georg. Neqꝫ illū flaua ceres alto nequicqꝫ ſpeccat olympo. vbi. Ser. Flaua ceres diciꝛ ꝓpter ariſtarū maturitatē. Sic flauam aquam flauas frondes olearum dicimus. Virgꝉ. lib. iij. geoꝛ. Turbidus ꝛ toꝛquens flauentis hiſter arenas.

Flaueo es. flaui: fulgeo ꝛ auri coloꝛem reddo a flammo ꝙ ſit coloꝛ non diſſimilis flammę: vel a flando ꝙ flata metalla eum coloꝛem habent. Col. lib. ij. Sed ęqualiter flauentibus iam ſatis anteqꝫ ex toto grana indureſcant cum rubicundū coloꝛē traxerūt: meſſis facienda eſt.

Flaueſcere eſt flauum fieri. Virgꝉ. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Flecto is. xi. xum. inclino/ voluo/ duco. Teren. in hecy. Iſtuc ē ſapere vbicūqꝫ opus ſit poſſis aīm flectere. Virg. li. ij. geo. Et ipſa flectere luctantis inter vineta iuuēcos. Ser. Cū quadā moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta cōcutianꝛ. Huiꝰ cōpoſita ſūt Circūflecto: Circūplico: Circuo. Virg. Preſtat trinacrij metas luſtrare pachinni Ceſſantē lōgos ꝛ circūflectere curſus. Deflecto de q̄ ſup̄. Inflecto. Aug. li. viij. de ci. dei. Socrates ṗmus vniuerſam phiam ad coꝛrigēdos cōponēdoſqꝫ moꝛes inflexiſſe memoꝛaꝛ. Reflecto in idē flecto. Offlecto de quo infra.

Flexo is. xi. xum. eiuſdem ſignificationis eſt cū flecto. Priſci. A necto tn̄ nexui qꝺ inde etiā necto nexi dicētes ꝛ nexus: vt flexo flexi ꝛ flexus.

Flexile penulti. coꝛ. quod flexum eſt: vt vitis flexilis ꝙ flexa ſit: et lapſu erratico toꝛqueaꝛ.

Flegeton. Vide phlegeton qꝛ grecū eſt.

Flegma. Vide in phlegma. Suidas. φλεγμα οὐ λεγεται πρὸτον απο τροφησ πρωτονγαρ απο τροφησ το αιματο και φλεγμα πρωτον των απεπτων εστι δε και αλλᾶ απεπτᾶ απο γαρ φλεγματοσ μεταβαλ λεται οξυσ χομοσ περιτον στο μαχονεστινουν ουχ απλωσ πρωτον αλλα των τραπεπτων.

Flema dicitur cum ex laboꝛe vię ſanguis defluit circa talos.

Fleo es. eui. etum. cum lachꝛymis plango. Ideo tātū hominū eſt: ſicut rideo. Hinc fletus participiū. Vir. Hic multum fleti ad ſuperos belloqꝫ caduci. i. nobiles ꝛ cōſpicui quoꝝ moꝛtē magna lamētatio ſequiꝛ. Fletus ſubſtantiuū. Compoſitū eſt defleo: quod eſt valde fleo. Cice. lib. j. tuſ. Nō exercitu amiſſo nudus in ſeruoꝛū ferrū ꝛ manus incidiſſet: nō liberi defleti non foꝛtunę omnes a victoꝛibus poſſiderenꝛ grecū tū eſt κλαιω μκλαυσω.

Flebile: quod dignū eſt vt fleatur: a quo flebiliter aduerbium cum fletu.

Fligo is. xi. ctum. affligo quo vſi ſūt antiqui. Vnde et flictus ꝓ afflictꝰ. Sirius. Galea hoꝛrida flictu. Aduerſe ardeſcit galeę. Li. Ipſe ſe ī terrā fligit cadens. Cuiꝰ cōpoſita ſunt Affligo: cōfligo: infligo: ꝛ ꝓfligo q̄ habēt pe. pꝛo. Eſt aūt affligere ꝓpꝛie ꝓſternere et in terram extendere. Pli. At canis ille hoꝛrentibꝰ ꝑ totum coꝛpus villis ingenti pꝛimū latratu intonuit: mox in ceruicē aſſultans contraqꝫ belluam exurgens hinc et illinc artifici dimicatione qua maxime opus eſſet infeſtans atqꝫ euitans donec aſſidua rotarum vertigine afflixit ad caſum eius tellure concuſſa. Ceſar. Neqꝫ ſi quo afflicte caſu fuerint erigere ſeſe atqꝫ eleuare poſſunt. Per tranſlationē ponitur ꝓ perturbare vexare. Seneca. Vt animū varijs curis afflictū oꝛatione lenitē. Hinc afflicto as. frequētatiuum: de quo ꝛ alijs cōpoſitis locis ſuis.

Flo as. aui. atum. ſpiro. Hinc flatus tus. pꝛo ſpiritu ꝛ flatus ventus qui ꝛ ipſe ſpiritus eſt. Et flatoꝛes antiquitus tibicines dicebantur: ꝙ flando tibias ſonarent. Et flabellum. Aliquando flare ſignare eſt: ꝙ ęs ſiue aurum ſiue argentum flando: hoc eſt flatu calefaciendo ſignetur. Hinc flatū ęs ꝛ flata pecunia dꝛ. Eius cōpoſita ſunt Afflo qꝺ eſt aliquid ſpiro. Cic. in cato. Cum admirareꝛ lyſander ꝛ proceritates arboꝛum ꝛ directos in quincuncē oꝛdines ꝛ humū ſubactam atqꝫ puram ꝛ ſuauitatem odoꝛū qui afflarētur e floꝛibus. Et in hymno. Impleta gaudent viſcera afflata ſancto ſpiritu. Per tranſlationē. Lac. lib. vij. Non vidiſſe nec compꝛendiſſe philoſophos veritatem: ſꝫ ita leuiter odoꝛatos: vt tn̄ vnde eos odoꝛ ille ſapientię tam ſuauis: tam iucundus afflauerit: nullo modo ſenſerint. i. attigerit vꝉ aſperſerit. Vir. Nāqꝫ ipſa decoꝛam cęſariem nato genitrix lumenqꝫ iuuēte purpureum ꝛ letos oculis afflarat honoꝛes. i. flando dederat. Difflo: flatu diſpgo. diſtribuo. Plau. Cuiꝰ tu legiones difflauiſti ſpiritu. Lucil. lib. xvj. Pars difflaꝛ vēto: pars aūt obꝛigeſcit frigoꝛe. Deflo deoꝛſum vꝉ valde flo. Var. Vas fictile eo ꝙ eſt leuiſſima

ac ſummũ deflatum vt traijciant in alia vaſa. Inflo Turgefacio quales ſunt vtres vento diſtẽti. Et tranſfertur q̃ȝ ad animũ. Lac. li. vj. Si efferat ira: ſuꝑbia tumidꝰ inflet. Tractũ a folle q̃ flatu turgeſcit. Hinc inflare ꝓ pulſare ſiue tibia canere. Virg. Tu calamos inflare leues ego dicere verſus. Perflo valde flo: ſiue multũ cõmoueo. Idẽ. Et terras turbine perflant. Reflo retro vł ꝯtra ſpiro. Ci. li. j. tuſ. Sin aũt reflantibus ventis reijciemur tũ eodẽ paulo tardius referamur neceſſe eſt. Idem lib. ij. offi. Nam cũ proſpero flatu eius vtimur ad exitus prouehimur optatos. et cum reflauerit affligimur. Sufflo ſubtus ſpiro: ſiue ſuperflo ⁊ turgefacio. Nonius. Sufflatũ dicitur tumidum ⁊ quaſi vento quodam latius factum Et ſufflare flatũ facere. Aug. lib. xij. de ci. dei. Quid eſt aliud ſufflare q̄ȝ flatum facere. Idem paulo ante Et cum virum terreno formaſſet ex puluere eiqȝ animam ſufflando indidiſſet: ſiue potius ſufflando feciſſet. Conflo ⁊ efflo alibi. A ſufflo etiam ſunt duo cõpoſita inſufflo ⁊ exuflo.

Floces vini vuarũ purgamenta hoc eſt vinaceę ſicut flaces oliuarum: fex a vinaceis expreſſa. Cecil. Aedepol ego neqȝ florẽ: neqȝ floces volo mihi: vinũ volo. Gel. Appludã edit: et floces bibit.

Floci lanarum particulę diuiſę a velleribus inutiliter euolãtes: ⁊ per diminutionẽ floculi. Var. Diligẽtiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent ne qui floci intereãt. Pli. Naſcunt̃ in robore pilule nucibꝰ nõ abſimiles intus habentes floculos molles lucernarũ luminibꝰ aptos. Nam ⁊ ſine oleo flagrant.

Focifacio ⁊ flocipendo a floco ꝓ cõtemno: et in nulla eſtimatione habeo. Plau. in epi. Dũ tibi ego placeã atqȝ obſequar meũ tergũ flocifacio.

Flora dea quędã a romanis in honore habita.

Floralia eius deę ludi ſeu feſta. Floralia etiã dicuntur loca in quibus ſunt flores. Var. lib. j. de re. ruſ. Nec minus ea diſcriminũda in ꝯſerũdo q̃ ſunt fructuoſa ꝓpter voluptatẽ: vt q̃ pomaria ac floralia appellant̃.

Flores dicti ſunt qui ex arboribus vel herbis colliguntur. Cuiꝰ diminutiuũ Floſculi.

Floreus a. um. quod eſt totũ ex floribus.

Floridus a. um. quod floribus abundat. Tibul. Cum poſti florida ſerta darem.

Floreo es. rui. Florere eſt floridum eſſe ſeu flores habere. Ci. li. j. tu. Segetes largiri fruges: florere oĩa: fontes ſcatere. Per trãſlationẽ florere eſt ſplẽdere: aut in aliq̃ ꝓſperitate eſſe: ſiue excellere. Cic. in Lel. Magnãqȝ gręciã quę nunc quidẽ deleta eſt: tũ florebat inſtitutis ⁊ pręceptis. Lact. lib. v. Iniuſti ac deũ neſcientes ⁊ diuitijs ⁊ potentia ⁊ honoribus florẽt. Hier. Alium iuuenili ętate florentẽ in amęniſſimos hortulos pręcepit adduci. Huius compoſita defloreo: effloreo: de quibus alibi: et Refloreo qđ eſt rurſus floreo. Eſt ⁊ floro as. vnde ⁊ ꝑfloro. Gel. Et expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit ⁊ futuri gaudij fructum ſpes tibi iam ꝑflorauerit.

Floreſcere eſt floridũ fieri. Col. lib. v. Ventiqȝ nebulã ⁊ rorem peſtiferũ celeriter aſſiccant multũqȝ ad floreſcẽdũ ⁊ ad bonitatẽ vini ꝯfert̃. Var. li. j. de re. ru. Pratũ aq̃ defendi debet anteq̄ȝ floreſcere incipiat.

Eloridare idẽ qđ florere. Vñ prata floridãtia dicunt̃.

Fluo is. xi. xum. proprie decurro. Virg. libro. j. geor. Hęc argenti riuos ęriſqȝ metalla Oſtẽdit venis atqȝ auro plurima fluxit. Quoniã vero ea quę fluunt latius diffundi vident̃: fluere q̃nqȝ capit̃ pro latius atqȝ vberius excreſcere. Idem libro. ij. georg. Tum deniqȝ dura exerceri imperia ⁊ ramos cõpeſce fluentes. Rurſus quia q̃ decurrũt quodã modo minui vident̃ Fluere ꝓ deficere ſumitur. Idem. Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri ſpes danaum. Hinc fluxa dicimus quę inſtabilia ac momentanea ſunt et cito peritura. Et fluere procedere naſci. Lactan. li. ij. Ab hac gente proximi quiqȝ populi multitudine increſcente fluxerũt. Item Tranſire. Hiero. Iam altera fluxerat dies. Huius compoſita ſunt. Affluo. Confluo. Defluo: de quibꝰ ſupra. Circũfluo: de quo Cic. in Lel. per tranſlationẽ dixit. Et circũfluere om̃ibus copijs atqȝ in omni rerum abundantia viuere. Proprie: Pli. Id oppidum circũfluit amnis. Aliquando ſignificat cõcurrere. Idem Poſtq̄ȝ varie vndiqȝ gentes circunfluxere. Hinc circunfluxus pro concurſu: et circũfluus qui circumfluit. Diffluo varie fluo. Lactan. lib. vij. Nam ſi terrenum ⁊ fragile corpus poſt receſſum animę non ſtatim defluit in terram quę tabeſcit ex qua illi origo eſt. Per tranſlationem luxurior prodigus ſum. Itẽ cõſumor ac deficio. Teren. in heau. Vt illius animũ qui nunc luxuria ⁊ laſciuia diffluit retũdam ⁊ redigam. Influo intus fluo. Col. libro ꝑmo. Sed ampla ſtabula ſic ordinent̃ ne quis humor influere poſſit. Cęſar. A lacu lemãno: qui in flumen rhodanũ influit. Cic. in Lel. Per tranſlationem dixit. Quibus blandicijs. C. papirius conſul nuper influebat in aures. i. facile introibat vel perſonabat. Interfluo: in medio fluo. Perfluo ⁊ trãſfluo per medium fluo: ſpargo non contineo. Terẽ. Plenus rimarũ ſum: huc atqȝ illuc perfluo. Profluo de quo alibi. Pręfluo antefluo: vnde pręfluxus et prefluuiũ pro fluore alicuius rei ante facto. Pręterfluo vltra vel antefluo. Liui. lib. ꝑmo. Infima valle pręterfluit tybris. Quinti. Per tranſlationem libro. xj. Omnis diſciplina memoria conſtat: fruſtraqȝ docemur ſi quicquid audimus pręterfluat. Refluo retro ſiue rurſus fluo: vnde fluxus ⁊ refluxus. Superfluo ſuperabũdo a quo ſuꝑfluus a. um. Col. lib. iiij. Per medullã tranſmittit quicquid aquarũ cęleſtiũ ſuperfluxit. Subterfluo inferius fluo.

Fluito as. pe. cor. frequẽtatiuũ ſignificat ſępe ſiue continue fluo. Liui. lib. j. Tenet fama cũ fluitatẽ alueũ in quo expoſiti erãt pueri tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Et fluitare eſt ſuꝑnatare. Pli. Om̃es piſces cũ ſunt extincti fluitãt exceptis anguillis. Aliquãdo Fluitare eſt ſolui ac relaxari.

Fluus a. um. quaſi fluens: ſed in cõpoſitione magis in vſu: vt mellifluus quaſi fluens melle.

Fluidus a. um. penulti. correpta: modo fluentẽ: modo humectum ſignificat.

Fluor: fluxus: et fluxio idem ſignificant: id eſt profluuium. Aug. lib. vij. de ciui. dei. Sed ibi eſt dea. Mena quę menſtruis fluoribus ꝑeſt.

Flueſcere eſt fluidum fieri: reſolui. Aug. li. xxj. de ciui. dei. Agrigentinũ Sicilię ſalem perhibent cũ fuerit admotus igni velut in aqua flueſcere.

Fluxus a. um. quod eſt inſtabile momentaneũ et cito periturum. vnde Fluxe res dicuntur. Poet. Nos tibi ne fluxas phrygię res vertere fundo Conamur. Sal. Nam diuitiarũ ⁊ formę gloria fluxa ⁊ fragilis habet̃. Aliquãdo capitur pro largo ⁊ minime abſtricto. Vnde parthoꝝ veſtimenta fluxa fuiſſe Lucanꝰ ſcribit: Illic ⁊ laxas veſtes et fluxa virorũ velamẽta vides. Et fluxi dicunt̃ libidinoſi molles effęminati. Sue. in Tybe. Druſus animi fluxioris remiſſioriſqȝ vitę erat. Cyprianus. Vſqȝ ad hoc venimꝰ vt in comparatione fluxorũ de ſanctorũ virtutibꝰ diſputemꝰ. Idẽ Fluxuras libidines vocat: ſcribens caſtitatẽ eſſe exarmaturã fluxurarum.

Fluuius: a fluo is. ꝙ fluat ſemꝑ. Idem quod flumen.

Fluuiale: quod ex fluuio eſt: vt aqua fluuialis.

Fluuiale: penul. cor. qđ in fluuio viuit: vt piſcis fluuiatilis. Fluuiatilis auis. Fluuiatilis arena q̃ in fluuijs ẽ. Pli. Arenę tria ſũt genera foſſitia: cui quarta pars

calcis addi debet. Fluuiatili aut marinę tertia.

Fluuior aris. depo. ſumitur pro abũdo: vt apud Joſe/
phum. lib. xviij. Nihil intereſt inter eos an diues flu
uiatur: an paup̱ defraudatur.

Flumen ſimiliter a fluo: ꝓprie eſt aqua fluuij decurrẽs:
et maior eſt ꝗ̃ riuus. Et flumina dicũtur q̃ perennia
ſunt: ⁊ continue fluunt. Torrentes qui ęſtate ſiccanẗ.
Sed qñ hoc nomen genitiuo iungiẗ capitur ꝓ fluxu
ſeu curſu. Pli. Ne flumini eius riui eſſẽt impedimẽ
to. Hinc flumẽtana porta romę quã tyberis vrbem
intrãs in ſiniſtra ripę parte relinquit: dicta ꝙ Tibe/
ris qñq₃ in eam influxerit.

Fluentum: paruum flumen: ſiue decurſus aquę. Hier.
in Joſue. Trans fluẽta iordanis. Amb. li. hexa. Ita/
q₃ cũ tanta de t̃ris erũpant maximoꝝ fluenta amniũ
Nilus effuſo ęgyptũ ſtagnãs flumine.

Flumineus a. um. vt aqua fluminea q̃ ex flumine colli/
(gitur.

Fluminoſus a. um. quod fluminibus abũdet:
vt regio fluminoſa.

Fluctio: catarrhus dicitur.

Fluctus a fluo: et eſt aqua mota in vnum collecta quę
vnda dici ſolet.

Fluctiuagus: qui fluctuando vagatur.

Fluctuoſus: vndoſus: procelloſus: inquietus. Et ꝑ trã
ſlationem fluctuans anima dicitur quemadmodum
ęſtuans cum ira aut curis aut libidine alioue morbo
agitatur.

Fluctuare: iactari: cõmoueri: in dubio eſſe: et inſtar na/
uis fluctibꝰ agitari. Vir. lib. ij. geor. Ac late fluctuat
oĩs ęre renitẽti tellus. vñ Fluctuatꝰ ꝓ iactato. Pli.
Delos diu fluctuata vt prodiẗ ſola motũ terrę non
ſenſit. Et li. viij. Fluctuatuſq₃ ſimilis exanimi. Pro/
prie ṽo eſt fluctus. i. vndas facere. Plau. in ru. Ita
fluctuare video vehemẽter mare. Itẽ ſignificat ſup̱
vndas eſſe. Pli. li. xxxvj. Lapidẽ e ſcyro inſula inte/
grũ fluctuare tradũt: eundẽ cõminutũ mergi.

Fluſtrum: ſtatus maris cũ fluctibus non agitatur.

Fluctuatim aduerbiũ: iactanter ſolute. Afra. Volo flu
ctuatim ire ad illum.

Flute anguillę ſiue murenę dicebantur in freto ſiculo:
quę gręce plotę quaſi nauigabiles dicunẗ: ꝙ in ſum/
ma aqua mergi nõ poſſunt. Macro. Accerſebãtur
murenę ad piſcinas abuſq₃ freto ſiculo. Illa eñ op/
time eſſe credunẗ p̃ſertim q̃ gręce plotę: latinę Flutę
dicuntur: ꝙ in ſummo ſupernatantes ſolę torrefactę
curuare ſe poſſe ⁊ in aquã mergere deſinunt.

Fluonia. Juno quam mulieres colebant: ꝙ ſanguinis
fluorẽ in conceptu retinere putabatur.

## F Ante O

Focus a fouendo: vel a flammis diciẗ id in quo ignis
ſeruatur vel ipſa ignis fomẽta. Ouid. li. vj. faſto. At
focus a flãmis ⁊ ꝙ fouet oĩa dictꝰ. Idẽ. Thure va
cẽt arę ſtentq₃ ſine igne foci. Tibul. Dũ meꝰ aſſiduo
luceat igne focus. Cat. de re ru. Folia ſubdito i foco
calido: ſub teſta coquito: leniter. Poniẗ etiã qñq₃ ꝓ
priuatis domibus ſicut ara ꝓ templo.

Foculus diminutiuũ: qui etiã circunferẗ a teſta teſtute
triuialiter nomẽ adeptus. Gel. Tum illa foculũ corã
rege cũ igni appoſuit ⁊ tres libros ex nouem deurit.
Val. max. li. j. Cum carbaſum quẽ optimũ habebat
foculo impoſuiſſet ſubito ignis emicuit.

Focula dicunẗ nutrimenta. Plau. in perſa. Nam iam
intus ventris fumant focula.

Foculo as. pe. cor. nutrio ſeu foueo. Nonius. Focula
dicta ſunt nutrimenta: vñ et foculare dr̃ vt fouere

Focillus: diminu. eſt a foculus: a quo focillo.

Focillo as. ⁊ focillor deponẽs ſignificat nutrio. Var.
li. ij. de vi. pa. Sed ſuũ quiq₃ cõmodũ focillãẗ. Hinc
cõponiẗ refocillo qđ eſt recreo.

Focarius a. um. qđ ad focũ ꝑtinet. Hier. li. j. Re. Fili
as vr̃as faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias.

Focale penulti. pro. genus ligaminis ad fauces velut
faſcia quędã collum ambiens: ꝙ fauces perfringere
non ſineret ⁊ pronũciationi cõduceret. Seneca. lib.
iij queſtionũ naturaliũ. Videbis quaſdã graciles et
palliolo focaliq₃ circũdatos pallẽtes ⁊ egros. Quin
til. li. xj. Palliolũ ſicut faſcias quibus crura veſtiun/
tur: ⁊ focalia ⁊ ligamina auriũ ſola excuſare poteſt
valitudo. Dictum Focale a faucibus a in o mutata.
Quidã etiã accipiũt focale pro ferro q̃ ignito criſpã
tur crines. Et ſic habet primã cor. cũ a foco deſcẽdat
Hor. in ſer. Faſciolas cubitale focalia: potus vt ille
Diciẗ a collo furtim carpſiſſe coronas.

Focaneus palmes diciẗ: qui in fauce vitis naſcitur vt
eſt apud Columellã. lib. v. Videtur inquit focaneus
palmes qui ſolet in bifurco medius ꝓrepere. Et id/
circo eũ prędicto vocabulo ruſtici appellant: ꝙ inter
duo brachia ſua ſe diuidit vitis enatus velut fauces
obſidet: at vtriuſq₃ duramẽ trabẽs alimẽta ꝓrepit.
Et lib. vj. Focaneus eſt qui inter duo brachia velut
in vena de medio naſcitur.

Fodio is. fodi foſſum: cauo aro: vt Fodere non valeo:
mendicare erubeſco. Virg. libro. vj. Seu ſpumãtis
equi foderet calcaribꝰ armos. Hinc fouea. Et fode/
re forare. Hiero. ad helio. Cerne manus iudeę quas
fixeras: cerne latus romanę qđ foderas. Huius cõ/
poſita ſunt Confodio: quod eſt cauo ferio: ſiue in to/
tum foro. Plau. in aul. Hic apud me confodere hor
tum iuſſi. Sal. inter confertiſſimos incurrit ibiq₃ pu
gnando confoditur. Circũfodio circum cauo. Colu.
lib. iij. Arborẽ quam depoſueris ſępius circũfodito.
Defodio vide loco ſuo. Effodio: extra fodio. Plau.
in aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam
tibi ne me obſeruare poſſis ſiquid rerum gerã. Info
dio intus fodio aut intus planto: pono ſeu ſepelio.
Col. lib. iiij. Campeſtris locus alte duos pedes info/
diendus eſt. Hiero. in geñ. At ille infodit eas ſubter
terebynthũ. Virg. li. ij. ge. Ante ſupinatas aquiloni
oſtẽdere glebas Q̃ letũ infodias vitis genus. i. obru/
as. Perfodio valde cauo: rũpo ferio ꝑforo. Plau.
in aſi. Ubi parietes perfoderis. Col. lib. xj. Tu gra/
uibꝰ raſtris cũctantia perfode terga. Lact. li. iiij. Sz
tantũmodo latus eius perfoderunt. Gel. li. ij. Qua/
dringenti oẽs tum vna perfoſſi gladijs aut miſſi/
libus operti cadunt. Prefodio ante fodio. Pli. lib.
xvij. Prefodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet: tanto do
nec pingui ceſpite obducantur. Refodio rurſus fo/
dio. Pli. Mus marinꝰ in terras ſcrobę effoſſa pariẗ
oua ⁊ rurſus obruit t̃ra trigeſimo die refoſſa aperiẗ
fetũq₃ i aquã ducit. Suffodio ſubter cauo. Col. li. ij.
Neq₃ ſuẽ velimꝰ impaſci qm̃ roſtro ſuffodiat ⁊ ceſ/
pites excitet. Tranſfodio trãs: ſiue vltra ab vno la/
tere ad aliud fodio. Oui. Gemino trãſfodi vulnere
pectus. Et hęc oĩa habẽt fo. ſyllabã correptã.

Fodico as. penul. cor. idem qđ fodio. Cice. lib. iij. tu.
Nõ eſt eñ in poteſtate fodicãtibus eis rebus quas
malas opinamur diſſimulatio vel obliuio. Horati.
Emamus qui fodiſſet latus.

Fodina pen. pro. locus vbi quid fodiẗ aut aurifodina
vbi fodiẗ aurũ. Pli. Odor ex argenti fodinis inimi/
cus oĩbꝰ anĩalibus: ſed maxime canibus.

Fęcundus a. um. quod fructum facit a faciendo ſeu fe/
rendo ꝙ ferax ſit ⁊ ſępe fructum faciat. Ouid. libro.
iiij. faſ. Fede ferens bos eſt fecundaq₃ dicta ferendo.
Hinc etiam fętus nomen habere putant. Interdum
ſumitur pro abundanti ⁊ pleno. Hora. Fecundi cali
ces quem non fecere diſertum. Huius contrariũ eſt
infecundus non ferax. Vir. li. ij. georg. Sponte ſua
quę ſe tollunt in luminis auras Infęcunda quidem

Inde infecunditas pꝛo ſterilitate: ſicut fecunditas ꝓ abundantia. Col. Sepenumero ciuitatis noſtrę prin cipes audio culpantes modo agroꝛum infecunditatem: modo cęli per multa iam tempoꝛa noxiam frugibus intemperiē.

Fecundo as: abundantē ſeu fructiferum facio. Virgi. lib. iiij. geoꝛ. Et viridē ęgyptū nigra fecūdat arena.

Fetus tus: a ferēdo: vt inquit Ouidius: ſeu a fouendo: qm̄ ⁊ dū in vtero eſt ⁊ poſtꝗ̄ educt᷒ fetus eſt a matre fouetur .i. caleſit. Eſt autem fetus generale nomen ad oīa animalia etiā ſi ſint oua. Etiā ad arboꝛes. Virgi. lib. j. Geoꝛ. Hic ſegetes illic veniūt fęlicius vuę. Arboꝛei fetus alibi: id eſt fructus: vt poma.

Fętus a um: plenus. Virg. Loca fęta furentibus hauſtris. Et fęta mulier dꝛ grauida. Idē Nō inſueta graues tētabūt paſcua fętas. Idē dꝛ partu liberata hoc eſt q̄ pepit: vt Fecerat ⁊ viridi fętā mauoꝛtis i antro. Enixā autē fuiſſe lac qđ pueris pꝛebebatur oſtendit. Col. lib. viij. Huic pecudi nocet ęſtus ⁊ ꝓ̄cipue fęte q̄ gelicidio hyemis conceptū fecit. Huius compoſita ſunt Confetus. Feſtus. Cōfetus ſus dicebaꝶ qui cum omni fętu adhibebaꝶ ad ſacrificiū. Defętus ⁊ effętus de quibus alibi.

Fętuoſus a um: qđ eſt plenū fętu. Hierony. contra Ioui. Lippientē iam defoꝛmē atꝗ fętuoſam ſynagogę typum pꝛętuliſſe. retinet hoc nomen u. quoniaꝫ fętus eſt quartę declinationis: ſic ſumptuoſus fructuoſus luctuoſus / actuoſus / queſtuoſus. Quę veniūt ab aliꝭ declinationibus nō tenēt u. vt fabuloſus doloſus vitioſus poꝛtentoſus ⁊ huiuſmodi.

Fętura: genitura ⁊ pariendi tempus. Var. lib. ij. de re ruſt. Appello fęturā: a conceptu ad partum: hi enim pꝛimi pꝛegnationis ⁊ extremi fines. Unde ⁊ pꝛo animaliū ꝓuentu ponitur. Vir. Si fętura gregē ſuppleuerit aureus eſto. Pli. Optima fętura eſt poſt vernū ęquinoctiū. Tranſferꝶ etiā ad inanimata: vt fęturam pꝛatoꝛū. Idem ad opus ſuum tranſtulit: cū in pꝛincipio ait. Opus natū apud me pꝛoxima fętura licētiore epiſtola narrare conſtitui.

Fętifico as: fętum facio pario. Pli. lib. x. Accipitres foꝛtius maſſilię fętificant. vnde ⁊ Fętificus a um.

Fęto as: fętuꝫ emitto. Col. li. viij. Circa paludes in quibus plęrūꝗ fętant. Aug. lib. v. de ciui. dei. Cur alios eligunt dies. accōmodatos ponendis vitibus: alios pecoꝛibus vel domandis vel admittendis maribus quibus equarū vel boum fętenꝶ armenta.

Fędus eris: a ferio vt quibuſdā placet: cum ę. vt o longa ſit / qm̄ ferio e. bꝛeuē habeat. Mos em̄ fuit antiq̄s vt in federe faciendo poꝛca ferīretur. Virgi. lib. viij. Stabant ⁊ cęſa firmabāt federe poꝛca: quidā hoc nomen a fecialibus .i. ſacerdotibus deriuant: per quos fiunt fędera. Aliꝭ a fide: quia in fędere interponebaꝶ fides. Et ꝓpꝛie fędus dicitur pax quę fit inter dimicātes. Accipiꝶ etiam qn̄ꝗ pꝛo lege: vt apud Virgi. Regemꝗ dedit qui federe certo.

Federo as: pe. coꝛ. fedus facio. Unde federati dicunꝶ populi qui federe icto cum populo romano ſocietatem inierunt. Namꝗ inter ciuitates pꝛouinciarum alię federatoꝝ: alię ſtipēdiarię dicebanꝶ.

Fedifragus pe. coꝛ. qui federa frangit.

Fędus a um qđ eſt defoꝛme. Terentius in Eu. Nunc tibi videtur fedus: quia illam nō habet. Ponitur qn̄ꝗ pꝛo Execrando. Virg. li. vij. Auerſuſꝗ refugit feda miniſterta. Quandoꝗ pꝛo crudeli. Terē. in Eu. O facinus fedum. Do. Fedum crudele Ea enim quę crudelia ſunt ⁊ nefaria ipſa crudelitate feda ⁊ maculoſa dici poſſunt.

Fedare polluere inquinare quaſi foꝛas edere .i. manifeſtare. Nam feda vel coꝛpoꝛis vel animi foꝛas edūtur. Vñ fedare foꝛas dare. Vir. Impulerat ferro argolicas fedare latebꝛas. Lactā. li. v. per metaphoꝛā. Sed foꝛtaſſe nō ipſius vitiū ſed poete fuit q̄ inſigneꝫ pietate virū inſigni ſcelere fedauerit. Et Fedare lacerare cruētare. Sunt qui hoc verbū a fetu deriuari putent. Quoniā fetaudo mares polluunꝶ.

Fęlix a fenus quidam deducunt: conuerſione n in l. quaſi beatus hoc eſt diues ⁊ fenoꝛe plenus. Et dicitur q̄ pꝛoſperitatem habet. Virgilius. Viuite fęlices quibus eſt foꝛtuna peracta iam ſua. Aliquando dicitur qui alios facit eſſe fęlices. Idem. Sis fęlix noſtrūꝗ leues quecūꝗ laboꝛeꝫ id eſt pꝛoſpera ⁊ benigna. Aliquando cōmodū vtile. Mar. Illa manus quondam ſtudioꝝ fida meoꝝ. Et felix domino notaꝗ cęſaribus Aliquando pingue fecunduꝫ. Unde felices arboꝛes quę ſeruntur et fructum ferunt. Huic contrarium eſt infelix: quod quandoꝗ ponitur pꝛo aduerſo. Virgi. lib. vij. Quę potui infelix .i. aduerſa troianis. Quandoꝗ pꝛo non fęcundo. Idem. Infelix lolium ac ſteriles dominanꝶ auenę.

Felicitas: pꝛoſperitas: cuius contrariū eſt infelicitas. Interdum felicitas ponitur pꝛo dea quā romani venerabātur. Aug. lib. iiij. de ciuita. dei. Quid felicitas dea eſt: ędem accępit: aram meruit: ſacra ei congrua perſoluta ſunt.

Felicito: felicem facio. Cuius contrarium eſt infelicito: qđ eſt deſtruo ꝙ tam de diuitijs ꝗ̄ de homine diciꝶ. Plau. in penu. Dij illū infęlicitent omnes.

Fęmina ę. mulier a fęto as. Hinc fęmineus a um. ⁊ Femininus a um. Diminutiua Femella: feminella: ⁊ feminula. A fęmina etiam fit Effemino.

Fenus oꝛis vſura dicitur a fetu. Nihil eniꝫ aliud eſt fenus ꝗ̄ fetus hoc eſt partus pecunię. Quidā tamen a fundo: quod cum o. non u. apud antiquos ſcribebaꝶ ꝙ pꝛouentus ſit ex naturali terrę fructu. poſtea vero ad vſuram tranſlatum quaſi pecunia per ſe fructum pꝛoducat ſicut terra. Hinc vſura voꝛax auidumꝗ in tempoꝛe. Plau. in Aſi. Nam ſi mutuo non potero: certū eſt accipiā ſūmā fenoꝛe.

Fenuſculum: diminutiuum. Plautus Ad daniſtam adderes fenuſculum.

Fenebꝛe penul. ad placitum: qđ ad fenus pertinet: vt lex fenebꝛis de credita pecunia. Si quideꝫ crediti nūmi alios pariunt.

Fenero as penul. coꝛ. cū actō: ⁊ feneroꝛ cum datiuo idē ſignificāꝶ quę tam pꝛo dante ꝗ̄ accipiente ſumuntur. Quod eſt contra Laurētium valla. Hiero. in Eccleſiaſtico. Qui facit miſericoꝛdiam feneratur pꝛoximo ſuo. Et poſtea. Fenerare pꝛoximo tuo in tempoꝛe neceſſitatis illius. Cicero. Ut em̄ benefici liberaleſꝗ ſimus non vt exigamus gratiam: neꝗ em̄ beneficiū feneramur ſed natura pꝛopenſi ad liberalitatē ſumus: id eſt fenoꝛi damus. Mar. Hęc ſapit: hec om̄is fenerat vna deos. Auguſti. in pſal. interpꝛętatione. Audi ſcripturam quomodo feneres dn̄m: fenerat dn̄m qui miſeretur pauperis.

Feneroꝛ cum ablatiuo ſignificat ad vſuram accipio: vt eſt apud li. digeſto. xxxj. Si autē aliquis coꝛuꝫ voluerit vendere partē ſuam vel fenerari ſuper eam poteſtatem habeat vendere coheredi ſuo: et fenerari ab eo. Res fenerata q̄ ad fenus tradita eſt.

Feneratoꝛ q̄ dat ad fenus: gręce daniſta vocaꝶ.

Feneratus. tus. Idem quod feneratio: id eſt mutuatio ad vſuram

Feneratitius a um quod datum eſt fenoꝛi: vel quod ad fenus pertinet. Feneratitia pecunia quę ex vſuris collecta eſt.

Fęnum dictum eſt ꝙ ſine cura fenus pꝛębeat: vel ꝙ herbę eedem manentes quotannis nouas pariāt. Hinc Fenile pꝛo loco in quo ſeruatur fenum.

Feneus a um: quod ex feno factum eſt. Aug. libꝛo. iiij.

con. Popularis glorię ſectantes inanitatē: vſq; ad theatricos plauſus ⁊ contentioſa certamina et agonem coronarū fenearū.

Fenarius a um: quod ad fenū pertinet: vt falces fenarię quibus fenū ſecamus: quę aptę ſunt.

Feniſex cis: qui fenū ſecat. Plinius lib. xviij. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato feniſex incedebat. Idem feniſeca ę. penul. cor. qui fenarijs falcibus fenum in pratis ſecat. Col. lib. ij. Ita necubi ferramentum feniſecis poſſit offendere. Var. lib. j. de re ruſti. Herba in pratis ad ſpeciem feniſece nata non modo non euellenda in nutricatu: ſed etiam non calcanda. Idem non multo poſt. Sicilienda prata. i. falcibus conſectāda quę feniſece preterierūt.

Feniſeciū ipſa feni ſectio ⁊ veluti meſſis feni. Idē in eodem. Nec primo anno rigari nec paſci ante ſecunda feniſecia ne herbę vellant: obtritu q; hebetent.

Feniculū a fenore vt quidā exiſtimant: quaſi paruū fenus: q ſemen terrę mandatum magno fenore reddat fructum. Greci Marathron vocant: oculoꝝ claritati mire cōfert: angues ꝑ hyemē mēbrana corpori obducta feniculi cibo impedimentū illud exuunt: quod Senectus ⁊ Vernatio appellat.

Feteo es: male oleo. Fetidus male olens. Fetor malus odor. Plautus in Aſina. Dic amabo an fetet anima vxoris tuę.

## F Ante O

Folium greci φυλλον dicūt. Sed ideo per ſimplex l. ſcribitur quia antiqui non geminabant conſonantes. Eſt autē foliū quod in libris ponitur a palmaꝝ folijs in quibus olim ſcribi ſolebant: ⁊ greca voce philura appellat. Cuius extremitas margo dicitur: ⁊ pagina vtraq; pars folij. Nam foliū duas paginas habet. Veteres etiā quarundā arboꝝ libris: hoc eſt corticibus ſcribere ſolebāt. Ex quo libri ⁊ per diminutionē libelli: ⁊ codices a codice qui et caudex vocat ex quo cortex extrahitur. Hinc componunt Trifoliū quinq; foliū: grece pentaphyllū. Latifolium quod habet lata folia. Millefoliū grece Miriophylon herba ⁊ huiuſmodi multa.

Foliatus a um: quod habet folia. Unde foliatū vnguentum preciosum: dictū vnguentū nardinū a nardi folio quo confectum eſt. Hoc Plinius ſcribit conſtare omphatio balanino iūco nardo amomo myrrha balſamo. Plau. in Cur. greca dictione ſignare voluit: cū dixit. Tu petalion. Petalon em̄ grece vocāt foliū.

Foleaceus a um: qđ ex folijs factū eſt. Pli. libro. xviij. Paucis foliacea ⁊ lata vt Atriplici ſunt ſemina.

Follis maſculini generis Inſtrumentū quo attrahitur ventus atq; emittitur ad ignē excitandū. Vir. li. viij. Alij ventoſis follibus auras accipiunt redduntq;. His vtunt ferrarię argentarięq; officinę. Utūtur ⁊ coqui ſed paruulis ne opus ſit ignem inſufflare buccis. Qđ qui faciūt Suffitores vocant. Prim⁹ Anacharſis philoſophus folles ignis exuſcitatores inuenit: vt refert Stra. lib. vij. Et follis ſiue folliculus dr̄ vter. i. pellis flatu plena Liui. lib. ix. Eques folliculis in caſtra frumētū veheret. Ibi accipe videt ꝓ ſacculis ⁊ crumenis. Rurſus follis pilę genus ex pelle atq; inflatione factū ⁊ pugno reddit a flatu nomen habēs ſiue q veteres follē pellē dicebāt ⁊ ꝑ diminutōez folliculū. Mar. Ite ꝓcul iuuenes mitis mihi conuenit ętas Folle decet pueros ludere folle ſenes. Sue. in Aug. in diminutiua forma dixit ſeperauitq; pilam a folliculo cū pila ſit illa puſilla: folliculus ſit illa ventu tumeſcens. Poſt bella ciuilia ad pilam primo folliculūq; tranſijt. Quoniā vero follis pugno percutit pugillatorius follis quandoq; vocat. Plau. Extemplo hercle ego te follē pugillatorium faciam: ⁊ pentem curſabo pugnis periuriſſime.

Folliculus: cum ſit diminutiuū a follis: ponitur tamen quandoq; pro vulua. Nam vt Plini⁹ inquit antea vulua vocabatur. Quandoq; pro theca frumēti vel lini vel cuiuſlibet alterius rei: quę granū cōtinet inuolutū. Unde apud Exodū legimus linū cū iam folliculos germinaret. Quādoq; ꝓ corpore. Lucil. li. xxvj. Et quo folliculo nūc ſum indutus nō queo.

Folliculare: pars remi quę folliculo tecta ē. A quo vitta follicularis dicta eſt.

Fomes itis: a fouēdo: hoc eſt nutriendo ignem dicitur. Eſt em̄ aſſula ex arbore excuſſa dum ceditur. Ponit et pro omni materia ſicca in qua facile ignis inflāmatur. Vir. Ac primū ſilicis ſcintillam excudit achates Succepitq; ignem folijs atq; arida circa Nutrimēta dedit: rapuitq; in fomite flāmā. Per trnaſlationez fomes dicitur quicquid excitat nos ⁊ accendit ad aliquid agendum. Gel. Fomitem eſſe quendā dicens ⁊ incitabulum ingenijs virtutiſq; ſi mens ⁊ corpus hominis vino flagraret.

Fomentū ſimiliter a fouendo: id eſt calefaciēdo vel nutriendo. Unde fomenta dicuntur applicationes rerū calidarū ſeu humidarū ad partes corporis leſas ⁊ medendi gratia quę ⁊ fotus appellantur. Pli. Decoctura eoꝝ coeliacos iuuat potione ⁊ fotu.

Fons a fundēdo q inde fundat aquā: tam maſculini q̄ feminini generis. Inter fontē ⁊ puteuz hoc intereſſe Augu. putat q omnis puteus fons: nō oīs fons puteus. Ubi em̄ de terra aqua manat ⁊ ſe vſui ꝑbet haurientibus fons dicitur. Si aūt in alto ⁊ in ꝓfundo ſit ita puteus vocatur vt fontis nomen non amittat: grece fons πηγη και κρηνη λεγεται vnde pagus ſimul poſitę villę id eſt ruſticanę domus plures nomē accepit: q circa fontes hęc ponerentur.

Fonticulus diminutiuū paruus fons: a quo Fonticellus. Pli. Ubicūq; moueris humū fonticuli ſcatent.

Fontanus a um: qđ ex fonte eſt: vt aqua fontana. Pli. Fontanę aquę cyathos duos. Aug. libro. ij. de ciui. dei. Sub hoc tot deoꝝ preſidio quos numerare q̄s poteſt. Numera idigenas ⁊ alienigenas cęleſtes terreſtres infernos marinos fontanos fluuiales.

Fontinalia: fontiū ſacra. Fontinalis porta vrbis romę ob propinquitatē ſcaturientium fontiuz. Eadem Capena vocabatur. Iuue. Subſtitit ad veteres arcus madidāq; capenā. Liui. Aediles alteram porticum ad portam fontinalem ad martis aram qua in campos iter eſſet perduxere.

Forago. penultima ꝓducta a ferēdo filum: quod a textricibus fertur: vt diurnū opus diſtinguāt. Quāq; ⁊ a forando etiā dici poſſe videatur.

Foro as: penetro quaſi foras do. Col. lib. vj. Amygdala ſi parum ferax erit: forata arbore lapidem adijcito ⁊ ita librū arboris inoleſcere ſinito. Hinc cōponitur Perforo pe. cor. qđ eſt multū foro. Idez lib. v. Sed aliud eſt ferramētū quo priores vitē ꝑforabāt. Liui. Una tm̄ ꝑforata naui. Inforo. de quo alibi.

Foramen pe. ꝓdu. quaſi diminutiuū a foribus. Siſen. li. iiij. hiſt. Neq; porta neq; foramen erat quo poſſet eruptio fieri.

Foratus us: idem qđ foramen. Lactā. lib. de opi. Oculoꝝ orbes concauis foraminibus cōcluſit: a quo foratu frontē nominatā Varro exiſtimauit.

Forum neutri generis a ferēdo dicitur: q controuerſię et res venales illuc ferantur. Et quattuor modis dicitur. Primo negociationis locus: quo venalia ferūtur: vt forum iuliū: forū flāminiū: forū Sempronium ab eorum nominibus qui ea fora cuſtodienda curarunt. Quod etiam in vijs ⁊ locis priuatis ⁊ in agris fieri ſolet ⁊ vbi res multę varięq; venduntur. Unde forum boarium: in quo boues venduntur: forum ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

litorium in quo herbę quod erat antiquū macellum quapropter nunc quoqꝫ holerum locū lacedemonij macellum vocant. Forum piſcariū in quo piſces. Cupedinis forum in quo venduntur cupedia ſic eñ antiqui lautiores cibos nominabāt. Altero in quo iudicia fieri cū populo agi ⁊ contiones haberi ſolent: ꝙ ibi iudicia feruntur. Unde cauſe forenſes. Tertio cū is qui prouincię pręeſt forum agere dicitur cum ciuitates vocat: ⁊ de cōtrouerſijs cognoſcit ac ſententiā fert. Quarto tum id forū veteres appellabant: quod nunc veſtibulū ſepulchri dicit ſolet.

Forum vinariū de quo Uar. lib. j. rei ruſti. Itaqꝫ lectꝰ defertur in forum vinarium: vnde in doliū inane veniat electa in ſecretā corbulā inde in ollulas addatur et in dolia plena vinaceoꝝ. Col. lib. xij. ait. Torcularia ⁊ fori diligenter emundata lotaqꝫ.

Forulum diminutiuū quod ⁊ foriculum apud Uarro. lib. de re ruſt. dicitur.

Forūiuliū regio italię que quondā Iapidia dicebatur. Uirg. lib. iij. geo. Caſtella in tumulis ⁊ iapidis arua timauí. in ea ſunt Aquileia. vtinū ciuidale ⁊ tergeſtū

Forūliuium ciuitas in emilia nobilis Galli poete ortu

Forū Cornelij: ſiliter vrbs emilię q̄ nūc Immola vocat

Forenſia veſtes quibꝰ in foro vtebant: ſic vt Cęnatoria quibus domi vtebantur in cęna. Sue. de Aug. Forēſia aūt ⁊ calceos nūqꝫ nō intra cubiculū habuit. Alio nomine dicuntur togę forenſes.

Foracia: a foro dicitur mulier villatica quę fructus villę venales: hoc eſt pullaſtros pipiones poma nuces ⁊ huiuſmodi in forum defert.

Foras ⁊ Foris: aduerbia primū ad locū: ſecundū in loco et de loco ſignificat vt egredior foras tu moraris foris. Ponitur quandoqꝫ Foras loco prępoſitionis Hiero. Foras ſepelierunt corpora martyrum A foris fiunt compoſita. Aforis ⁊ Deforis pe. cor. vt eſt apud Geñ. Et incluſit eum dñs deforis.

Forenſis duobus modis intelligi poteſt. Uno cū a foro deſcendit in quo iura redduntur: vt cauſę forenſes ⁊ forenſes qui in foro verſantur: quos gręci pragmaticos dicunt. Alio cum a foris aduerbio fit. Ambro. lib. j. offi. Non ſm forenſem abundantiam eſtimandam beatitudinem ſingulorum ſed ſm interiorem cōſcientiam. Idem lib. Hexa. Que ſignis forenſibus internam exprimat voluntatem. Sic veſtimenta forenſia dicuntur a Col. quę foris non in domo gerunt Et Forenſia neutro genere veſtis quā ad forum proficiſcentes ſumebant. Apul. Forenſi toga indutus accumbebat. Sue. de Aug. Forenſia ⁊ calceos nunqꝫ nō intra cubiculū habuit.

Fori numero plu. ſunt tabulata nauiū vel locus in naui apertior: qui iter nauem perambulantibus prebet ab eo ꝙ per eos ferantur inceſſus. Cice. in Cato. Cū alij malos ſcandant alij per foros curſitent: alij ſentinam exhauriāt. Item. Fori dicuntur Circenſia ſpectacula. i. loca erecta vt ex his ſpectetur. Liuius li. j. Tum primū circo qui maximus dicitur: deſignatus eſt locus: diuiſa loca a patribꝰ equitibꝰ vbiqꝫ ſibi ſpectacula quiſqꝫ faceret fori appellati. Ex his minores forulos dicimus qui armariola quādoqꝫ ſignificant ſiue capſulas ī quibus reponunt libri Sue. in Aug. Hos quoqꝫ delectu habito condidit duobus forulis auratis ſub latini apollinis baſi. Iuue. Hic libros dabit ⁊ forulos mediāqꝫ mineruā. Apud Uirg. pro oppidanis accipimus forulos: cum lib. vij. ait. Caſperiāqꝫ coluut forulos ⁊ flumen hymelle. Fori etiam in agris ſunt veluti parui ſulci et oblongi. Col. Anguſtoſqꝫ foros aduerſo limite ducens.

Foruli diminutiuū a fori de quo modo.

Fores proprie inquit Ser. quę foris aperiūtur. Unde Plutar. memorat primū Ualerio publicole fratri cum de Sabinis triumphaſſet domum publice poſitā cuius fores extra aperirent cū antea ceterarū ędiū intro reſerādo ipellerent: vt ex hac cōceſſione honoris appareret quotidie eā domū aliqd publice admiſſurā. Ualue q̄ intus reuoluunt: ⁊ ſe velant: hę ꝑ diminutionē forule appellant Ianua primꝰ domi ingreſſus. Cetera intra ianuā oſtia ſiue value: ſiue fores generaliter vocātur: quis vſus iſta corruperit. Hoc nomen etiā ſingulariter declinat. Oui. li. j. de amo. Difficilē moto cardine pande forē. Cice. pro Corne. Aperuit forē ſcalarū. Terē. Quidnā fores crepuit? Ubi Do. fores ſingularis numeri nominatiui caſus.

Forculus deꝰ putabat q̄ foribus pꝛerat ſicut Cardinea dea quę cardinibus pręerat: ⁊ Limentinus deus qui pręerat limini.

Foricule diminutiuū a fores. Uar. lib. j. de re ruſt. Et ideo opoꝛothecas qui faciunt ad aquilonem vt feneſtras habeant: atqꝫ vt perflentur curant: neqꝫ tamen ſine foriculis: ne cum humorem amiſerint pertinaci vento vinera fiant.

Forinſecus penul. cor. ſignificat qꝺ aforis eſt: ſicut intrinſecus: quod eſt intus. Auguſti. lib. xxj. de ciui. dei De pomis terrę ſodomorum forinſecus quaſi maturis: intrinſecus fumeis.

Foria: ſtercora liqdiora: ſic dicta ꝙ facile ferant foras.

Forio is iui. ventrē deiicero: foras eijcio. Cuius cōpoſitum eſt Conforio. Pompo. in Mago. Conforiſti me diodemes.

Foriolus cum accentu in antepe. qui ventrem ſolutum habet: ⁊ foria facile emittit. Laberius. Foriolus eſſe videris in coleos cacas.

Forica penul. cor. locus in quem alui ſtercora deijcimꝰ Iuue. Inde reuerſi conducunt foricas Et ꝓprie de publicis dicitur: latrina de priuatis a latendo.

Forem es et pro eo quod eſt eſſem es: ⁊c. declinatione deficit inquit Diom. Sal. in Iug. Nam ego quidem vellem ⁊ hęc quę ſcribo et ea quę antea in ſenatu queſtus ſum vana forent. Fore vero habet ſignificationem participij futuri vna cum infinito eſſe. Idem eſt enim fore quod futurū eſſe. Ideo iungitur cū noīe nō cū participio: vt ſpero te amicum fore: nō amaturum fore. Ci. Treba. Scribit ad me Cęſar ſe tibi nondū familiarē eſſe ſatis ꝓpter occupationes ſuas ſed cito fore. Nūqꝫ etiam cū participio pręſentis: qꝺ eſt contra Uallā. Cęſar. Nōnulli etiam cęſari nunciabāt cū caſtra moueri aut ſigna fieri iuſſiſſet nō fore dicto audientes milites. Cōpoſita vero ſine noīe ⁊ ſine participio. Uirg. Eſſe quoqꝫ in fatis reminiſcitur affore tempus. Eſt autē Affore affuturum eſſe: afforē adeſſē Uirg. Atqꝫ vtinam rex ipſe noto cōpulſus eodē affore Aeneas. Ci. Ser. ſulpitio Maior mihi ratio affore nulla poteſt qꝫ cōiunctio ꝯſuetudinis ſermonūqꝫ noſtroꝝ. Abfore de quo ſupra Confore. Conuenire et concordes eſſe. Teren. in And. Reſtat chremes: q̄ mihi exorandus eſt ⁊ ſpero cōfore. i. cōuenturos eſſe Defore deeſſe. Ci. contra Rul. Uerum arbitrabantur non defore qui illam reſtituerēt. Profore ꝓfuturum eſſe. Hora. Quę nocuere ſequar: fugiā q̄ ꝓfore credam. Perfore valde futuꝝ eſſe. Cice. Appio. pul. Tunc mihi ille dixit ꝙ claſſe tu velles decedere per fore accōmodatū tibi ſi ad illā maritimā partem ꝓuincię nauibus acceſſiſſem.

Forcipes penul. cor. a foruo ⁊ capio quaſi foruicapes dictę ſunt quibus forua. i. calida capiuntur. Uirg. lib. viij. Uerſantqꝫ tenaci forcipe maſſā. Et eſt ſm Priſ. tam maſculi. qꝫ feminini generis.

Forfices penul. cor. quibus telam ſeu fila incidimus a ferro ⁊ filo dicti. Huius diminutiuum eſt Forficuli. Pli. lib. xxxv. Pręterea mirum inuentū eſt ꝙ inciſū forficulis vt diximus ſcribant.

Forpices: penultima correpta: quib⁹ incidimus pilos a ferro ⁊ pilo.

Forcus nomen viri ꝓpriū qui tres filias habuit gorgones. Stēnio. ſ. Euryalē ⁊ meduſam q̄ nimis locupletes fuerūt: ⁊ Gorgones dicunt̄. i. terrę cultrices.

Forda: bos pregnans a ferendo. Ouid. Forda ferens bos eſt fecundaqꝫ dicta ferendo. Priſci horda dicebant. Unde ⁊ ſacra Fordicalia: quibus pregnantes boues (vt inquit Uar.) immolabātur.

Forma facies cuiuſqꝫ rei quę imobilis eſt et naturalis Uultus ⁊ mouetur et fingitur. Tereñ. in And. Forma et vultu Soſia adeo modeſto. Quandoqꝫ tamē ſpecialiter pro pulchritudine ſumitur. Horatius li. j. car. Forma captiuę dominū tegmeſſę. Inde Formoſus transfertur ad architectos pro deſignatione. Ci. lib. j. offi. Formam quidem ipſam marce fili ⁊ tanqꝫ faciē honeſtatis vides. Hinc cōpoſita fiunt. Conformis: Deformis: Informis: Uniformis: Multiformis: Semiformis ⁊ huiuſmodi adiectiua. Col. li. viij Quę cuncta remedia credunt̄ eſſe aduerſus tonitrua quibus vitiantur oua: pulliqꝫ ſemiformes interimuntur anteqꝫ toti partibus ſuis cōſumentur.

Formula: parua forma: diminutiuū eſt: ⁊ capitur nonnunqꝫ pro lege ⁊ inſtitutione. Ci. lib. iij. offi. Nondū Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et formulę dicuntur q̄ nos inſtrumenta vocamus.

Formella diminutiuū a formula. Hiero. libro Regū. Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

Formoſus: pulcher a foruo calido ꝙ ſanguie calidiore forma acquiritur. Contra langueſcente corpore forma perit. Hinc fit diminutiuum Formoſulus: q̄ vſus eſt Hiero. Contra Iouinianū.

Formo as: formā impono. Lactā. lib. j. Nam ſolis luneqꝫ ſimulachra humanum in modum format. Hui⁹ compoſita ſunt Conformo ſimnl formo: configuro. Gel. lib. ij. Hippocrates in eo libro de quo ſupra ſcripſi cum ⁊ numero dierum quibus conceptū in vtero coagulū cōformatur. Cice. lib. iij. ad hereñ. In primo loco rei totius imaginē cōformabimus. i. in formam cōponemus. Aliquādo cōformari eſt quaſi aſſimilari. Idem Lentulo. Uerūtamen me ipſe cōformo ad eius volnntatē. Et apud apoſtolū. Nolite cōformari huic ſeculo. Hinc cōformatio quę pro cōfiguratione ponitur. Cice. lib. j. tuſ. Quaſi vero intelligāt qualis ſit in ipſo corpore: q̄ conformatio: quę magnitudo qui locus. Aliquādo pro exornatione rhetorica quę fit cum perſona fingitur: aut cum res muta ſiue informis fit eloquens ⁊ formata. Greco vocabulo dicitur proſopopeia. Deformo deſtruo ⁊ q̄ſi de forma deijcio. Cice. Qui ſunt qui italiam deformauerūt? Carthaginenſes. Quandoqꝫ maculo ⁊ turpē facio. Hiero. Licet longa macerent ieiunia: abiecta ⁊ nigra veſtis deformet: longa officioꝝ ⁊ opeꝝ texat̄ ſeries. ⁊c̄. Lactā. lib. de opifi. Mirabili qꝫ diuina ratione molitus eſt vt tamen hiatus ipſe naſi oris ſpeciem non deformaret. Interdum deformare eſt ꝑfecte formare/figurare/deſignare. Hiero. lib. Numeri. Turgētibus gēmis eruperant flores: qui folijs dilatatis in amigdalas deformati ſunt. Uictru. Architectus graphidis peritus vt deformare poſſit lineis imitationē quā velit ędificioꝝ. Uar. li. iij. de re ruſt. Inter quas locus deformatus ad tabulę litterarię ſpeciem. Informo formaꝫ do ⁊ inſtruo. Ambro. lib. offi. Et ſicut Tullius ad erudiendu ꝫ filium ita ego quoqꝫ ad vos informandos filios meos. Lactan. Chriſtus inſtructus venit in terram: vt eam doceret hominēqꝫ in formaret. Reformo in priorem formam pono. Lactan. lib. j. Pedes quoqꝫ claudoꝝ ad officiū gradiendi reformauit. Transformo/ in alteram formam formo. Idem lib. vij. Et trāſformabit deus homines in ſimilitudinem angelorum.

Formie latina vrbs maritima iuxta Caietam quaꝫ Lacones cōdidere. Stra. lib. v. ſcribit oppidū formias eſſe maritimū vltra Taracinaꝫ quod prius hormias ab ορμησ id eſt ſtationis bonitate appellabant.

Formica a ferendis micis dicitur. Mica vero propter eſt puluiſculus ille qui in arena quaſi argētum fulget a quo ⁊ panis et omniū rerum minimę partes micę dicuntur: quaſi minutim cadentes. Uel dicitur ſimpliciter a ferendo: ꝙ nullū animal frequētius pondera cōuehat: neqꝫ ſi menſurā corporis reſpicias maiora. Inde fit diminutiuū Formicula.

Formicinus a um. pe. producta qđ eſt formicę. Plau. Homo formicinus.

Fomicatio: vitium corporis cū parua tubercula rotunda pinguia corpus infeſtant. Plinius. Cinis muliebrium criniū cū fuerint cōbuſti addito melle ſanguinem ſiſtit illico: ⁊ formicationē corpoꝝ. Dicta formicatio ꝙ veluti exeſa carne formicę videantur. Et deformicatum dicitur a formicis ſubmerſuꝫ quibus cōfoueri ſolitum erat.

Formido penultima producta pauor a ferendo vt quidam ſentiunt: ꝙ vehementius in mouendo: vt ab ſe abeat foras fertur. Cicero. Formidinem metum permanentem diffiniunt.

Formido as: magnū timorem habeo. Plau. in ca. Nimiſqꝫ hercle illū male formidabā. Hui⁹ cōpoſita ſūt Deformido ⁊ Reformido q̄ ſignificant valde formido. Col. lib. j. Si vexationē vie nō reformidet.

Formidoloſus ⁊ actiue ⁊ paſſiue ſumitur pro eo qui timet. Tereñ. Egon formidoloſus. i. egone qui timeā. Et pro eo qui alijs timorem infert. Sal. Regibus boni qꝫ mali ſuſpectiores ſunt: ſemperqꝫ his aliena virtus formidoloſa eſt. i. quę formidatur.

Formidabile qđ eſt formidandum.

Fornax a foruo calido: vel a furuo atro Caminus vbi vel coquūt̄ lapides. Cui⁹ diminutiuū eſt Fornacula.

Fornacalia: ferie farris terēdi gratia inſtitutę ꝙ ad fornacem quę in piſtrinis erat ſacrificium fieri ſolebat. Oui. lib. ij. faſ. Facta dea fornax lęti fornace coloni. Et paulo poſt. Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximus indicit nec ſtata ſacra facit.

Fornix icis: penul. cor. generis maſc. arcus in ędificijs et quodcūqꝫ opus concameratum a furuo atro. Loca autem in arcum ędificata ſubobſcura ſunt. Cicero Uidet ad ipſum fornicem famanū. Quoniam vero meretrices in huiſmodi locis. i. ſub fornicibus habitare cōſueuerunt: ponitur fornix pro lupanari ſeu meretricia cella. Seneca libro. ij. cōtrouerſiarum. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor ⁊ fornicarius Unde fornicarie mulieres. Iuue. Lenonum pueri quocūqꝫ in fornice nati.

Fornico as pe. cor. fornices facio: vel ſpeciem fornicuꝫ aſſumo. Pli. lib. xj. Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar interi⁹ a ſolo fornicatis: vt ſit adit⁹ ad ſarciēdū

Fornicor idem eſt quod meretricor. Eſt autem meretricari cum meretricibus coire. Eſt etiam paſſiuū a fornico: ſignificans incuruari. Pli. lib. xvj. Populus cōtra omnia inferiora panditur: palma e contrario fornicatur. Dictum fornicari a fornicibus in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

Fornicarius a um: qđ fornicatur: vt mulier fornicaria: quę vt Hiero. inquit eā dicitur quę copulat̄ cū pluribus. Adultera q̄ vnū virū deſerēs alteri iungitur.

Fortis a ferendo dicitur: ꝙ ęquo animo fert aduerſa. Unde fortitudo quę eſt conſiderata periculorū ſuſceptio et laborum perpeſſio. Uel vt alibi Idē Cicero diffinit. Eſt ſcientia rerum perferēdaruꝫ: vel affectio animi in patiendo ac perferendo ſumme legi parens

ſine timore. Aug. lib. j. de libe. arbi. Fortitudo eſt illa animę affectio quę omnia incōmoda ⁊ dāna rerū nō in noſtra poteſtate cōſtitutarū contēnimus. Macro. Fortitudinis eſt animum ſupra periculi metū agere nihilqꝫ niſi turpia timere: tolerare fortiter vel aduerſa vel proſpera. Fortitudo preſtat magnanimitatem fiduciā: ſecuritatē: magnificentiā: conſtantiā: tolerantiā: firmitatē. Fortis igitur dicit̃ qui infractum habet animū. Quandoqꝫ qui validis viribus preditus eſt: quandoqꝫ celer. Virgiliꝰ. Si fęmina forti fidis equo q̄n̄qꝫ Formoſus. Plau. Ecq̄d fortis viſa eſt: Q̄n̄qꝫ diues. Idē eā ſororē ſpōdidiſſe ſuā in tā fortē familiā.

Fortifico as: fortē facio. Plau. Fortifica animū.

Forteſco is: fortis fio. Neuius. Creſcit annis et forteſcunt vires.

Forticulus diminuti. a fortis. Cice. Quis idem Epicurus forticulū ſe in torminibꝰ ⁊ in ſtrāguria ſua ꝑbeat

Fortuna a ferendo dicta eſt: ꝙ temere ⁊ ſine ratione feratur. Eſt enim Fortuna accidentiū rerū ſubitus atqꝫ inopinatus euentus. Hęc dea credita eſt Iuue. Te facimus Fortuna deā celoqꝫ locamus. Fortunę vocabulū mediū eſt. Sed cū Fortunā ſolā dicimus intelligimus fęlicitatem. Unde fortunatos fęlices nominamus: infortunatos infelices: ⁊ infortuniū malam fortunam. Fortunę numero plurali dicunt̃ diuitię.

Fors fortuna eſt euētus bonus. Vir. Forte ſua lybicis tēpeſtas appulit oris. Teren. O Fortuna: o fors fortuna. Do. Aliud fortuna eſt: aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res Fors fortuna euentus fortunę bonus. Nam fors fortuna eſt cuius diē feſtum colūt q̄ in arte aliqua viuūt. Aliq̄n Fors ꝓ forſitan.

Forſſeat fors fuerit Sido. Remigio.

Fortuno as: eſt ꝓſpero: in bonis augeo. Cice. Curioni Tibi patrimoniū dij fortunent.

Fortunatus a um: qđ eſt ꝓſperū: q̄n̄qꝫ ꝓpicium. Afra. Deos ego oēs vt fortunati ſint pręcor.

Fortunate inſulę a fructuū vbertate dictę ſunt. De quibus Stra. lib. j. ſic inq̄t. Fortunatę inſulę cōtra mauritanię finē ad occidentē ſunt. Q̄m quidē ad partem ⁊ hiſpanię terminus concurrit. Ex ipſo autē nomine manifeſtū eſt: q̄m ⁊ has ipſas felices exiſtimabant: q̄r huiuſmodi locis propinquę forent. Fuerunt autem ſex numero: quarum prima Ombrion. ſecūda Iunonia. Tertia eodē nomīe. Quarta Capraria. Quinta Niuaria: a perpetua niue nebuloſa. Sexta Canaria plena canibus ingentibus.

Fortunatim aduerbiuꝫ ſignificat proſpere. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatim oīa ſuccedant.

Forte ⁊ nomen eſt ablatiui caſus a fors qđ capitur pro fortuna. Hor. li. j. ſer. Qui fit mecenas vt nemo quā ſibi fortē: ſeu ratio dederit ſeu fors obiecerit: Illa cōtentus viuat. Nec habet alios caſus niſi ablatiuum ſingularē. Virgi. Forte ſua libycis tēpeſtas appulit oris. Et aduerbiū dubitandi: vt Forte ſub arguta cōſederat ilice daphnis. In qua ſignificatione accipiūtur Fortaſſis fortaſſe: forſan forſitan: ⁊ forſit: quę aliquando accipiunt̃ pro temere: aliquādo ſunt aduerbia dubitandi. Hora. lib. j. ſer. Diſſimile hoc illo eſt: q̄r nō vt forſit honorē Iure mihi inuideat quiuis.

Fortuitus a um: pe. pro. quod caſu accidit: a forte ⁊ eūdo vt quidaꝫ aiunt. Aug. lib. v. de ciui. dei. Fortuita dicunt eſſe quę vel nullas cauſas habent: vel non ex aliquo rationabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbiū Fortuito. Eſt ⁊ fortuitus nomen quarti ordinis: vt apud eundē lib. xj. Et ſicut non eſt conſequēs vt fortuitu potius q̄ꝫ ratione diuina deus non alio ſed iſto in quo eſt loco mundum conſtituerit.

Foſſa: locus vnde terrā fodiſſent ab effoſſa terra dicta. Col. lib. iij. Priuſq̄ꝫ pomariū conſtituas q̄ꝫ magnum habere voles circūmunito maceria aut foſſa ita vt nō ſolum pecori ſed nec homini tranſitus ſit niſi per aditum, dū adoleſcant ſemina Vlp. ſcribit foſſam eſſe receptaculū aquę manufactū vt ad caſtra ſeu vrbes oppida ve aut alia huiuſmodi munienda. Poteſt etiaꝫ Foſſa eſſe participiū: vt Foſſa terra.

Foſſor qui fodit. Virgi. lib. ij. Geor. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

Foſſio ipſa fodiendi actio. Col. lib. v. Deinde maleolo inter ordines poſito crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Foſſura: foſſio. Idem in eodem. Hanc planam foſſurā maxime nos ꝓbamus: numerus autem foſſionis aut idem debet eſſe qui primi anni aut vna minus.

Foſſula pe. cor. dimi. parua foſſa. Cato Deide foſſulas facito qua radices aſpergi dimittas.

Foſſarius clericus mortuos ſepeliēs. Scribit Hiero. primū in clericis gradū foſſariorū ordinē eſſe: q̄ in ſimilitudine Tobie ſancti ſepelire mortuos admonēt̃ vt exhibentes viſibiliū rerū curā: ad inuiſibiliū feſtinēt: ⁊ reſurrectionē carnis credētes in dn̄o totum qđ faciunt deo ſe preſtare nō mortuis cognoſcāt.

Foſſicius a um: qđ fodit̃. Pli. lib. xxxvj. Arenę tria genera. Foſſicia. cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marine tertia.

Foſſile pe. cor. qđ fodit̃: ſeu qđ fodi pōt. Pli. lib. xxxvj. Theophraſtus auctor eſt: ⁊ ebur foſſile cādido et nigro colore inueniri ⁊ oſſa e terra naſci. Et lib. xxxiiij. Tunc ſalē foſſilē adijciūt. i. qui fodiat̃.

Fotus a um: participiū a foueo: vt apud Eſaiā. Vulnꝰ ⁊ liuor ⁊ plaga tumens nō eſt circūligata: nec curata medicamine neqꝫ fota oleo. i. aſperſa. Fotus us: ſubſtantiuū. Amb. lib. j. offi. Radices arborū aut vrantur frigore aut fotu ſolis vireſcant.

Foueo es: foui fotum: ſignificat nutrio: ſuſtineo: prouebo. Virg. lib. iij. geor. Progeniē nidoſqꝫ fouent. Interdū aſpergo madefacio. Idē lib. xij. Fouit ea vulnꝰ lympha longeuus iapix. Interdū cōſtituo. Idem li. iiij. geor. Sub terra fouere larem. Interdum Tueri vt apud eundeꝫ lib. ix. Non obuia ferre arma viros ſed caſtra fouere. Interdū amplecti ſeu in delicijs habere. Idē Infelix o ſemꝑ ouis pecus ipſe neerā Dū fouet ac ne me ſibi ꝑferat illa veret̃. Huius cōpoſita ſunt Cōfoueo ſimul nutrio. Circūfoueo. Amb. Mater eū maria ſinu circūfouet. Refoueo rurſus foueo. Col. in ꝑfa. li. ij. Sed ſi frequēti ⁊ tēpeſtiua ⁊ modica ſtercoratiōe t̄ra refoueat̃. Et hęc hn̄t fo. ſyllabā cor.

## F Ante R

Frenum cum ę. diph. a frangendo: Inſtrumentū quo equus coercet̃ dictū ꝙ equoꝝ ora frangat. Sūt etiaꝫ qui a ferendo deducant: ꝙ equos vertat feratqꝫ quo velit. Seneca. Hyppolytus arctis ꝯtinet frenis eq̄s Frena Peletronij inuenere qui ⁊ ſtrata equorū primi monſtrauerūt. Et in ſingulari quidē neu. generis eſt in plurali tā maſ. q̄ꝫ neu. Aug. lib. x. con. Itaqꝫ freni gutturis tēperata relaxatione ⁊ ꝯſtrictione tenēdi ſunt. Hinc cōponunt̃ Effrenus a um. Et Effrenis et hoc effrene: qđ eſt ſine freno. Virg. li. iij. geor. Gens effrena virū ripheo tundit̃ euro. Ser. i. ſeua rectorē recuſans. Hiero. Nequaq̄ꝫ effreni lingua reperiaris Infrenus ſiue infrenis eiuſdē ſignificationis vt illud Hinc numide infreni cingunt.

Frenū mordere ſignificat ꝯtēnere. Tranſlatio ab equo qui, cum ſeſſorē contēnit frenū mordet. Cice. Cornifi. Si frenū momorderis peream.

Freno as: cōtineo cohibeo. Virg. li. iij. geor. Et glacie curſus frenaret aquarū. Huius compoſita. Defreno quod eſt frenum depono: ſiue abſqꝫ freno rectore veduco. Ouiđ. lib. j. me. Et defrenato voluunt̃ in equora curſu. Effreno idem ſignificat Cice. li. iiij. tuſc. Vt

ęgritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat: me
tus receſſum quendam animi ⁊ fugam: leticia profu/
ſam hilaritatē: libido effrenatā appetentiā. Nā effre
natus dicit̄ q̄ cohiberi ⁊ ꝓ arbitrio noſtro agi nō pōt
Refreno quaſi retraho. Lactā. li. vj. Uirtus eſt iraꝫ
cohibere: cupiditatē compeſcere: libidinē refrenare:
Suffreno. Pli. lib. xxxvj. Sed ad ſtructurā infidelis
niſi multa ſuffrenatione deuinctus.

Frętus a um: idem quod ſuſtentatus confiſuſqꝫ. Et eſt
incerte originis. Licet a fruor quidam participiū eſſe
velint. Et ſcribitur cum diph. vt differat a fretū quod
mare ſignificat. Plau. in Am. Magnanimi viri frę/
ti virtute ⁊ viribus.

Frango is: fregi ctū rumpo. Plau. in Aſi. Quis no/
ſtras ſic frangit fores? Dicimus etiam Fregit nauim
fregit brachiū: quaſi ipſe fregerit ⁊ nō potius paſſus
ſit. Terē. in An. Is fregit nauē apud andrū. Ci. Gre
galeſqꝫ eū in campū cū nō veniſſet requirerēt excuſa/
uit veſpa. Terētius ꝙ eum brachiū fregiſſe diceret.
Hoc eſt ꝙ ei brachiū eſſet fractum. Frangi vero in fę
minā eſt rem habere cuꝫ fęmina Cypria. ad Euagriū
docet quēadmoduꝫ maſculus frangatur in fęminam
et ſexus arte mutetur. Huius cōpoſita ſunt Confrin
go ſimul ſeu in totū frango. Lactā. lib. iij. Ut videat̄
iam pridē ſuis armis eſſe cōfracta. Defringo de quo
alibi. Diffringo diuerſis modis ſiue in varia fruſta
rūpo. Plau. in aſi. Crura hercle difringēt̄. Effringo
valde frāgo. Idē in cap. Neqꝫ ieiunioſiorē: neqꝫ ma/
gis effractū fame vidi. Terē. in adel. Fores effregit.
Et effringere dicit̄ vt auctor eſt Uar. cū glebę grādes
prima aratione ſolēt excitari. Infringo valde frango
Uide alibi. Offringo ꝑfringo valde ſiue i totū frāgo
Cice. lib. iij. offi. Ego etiā cū Catone meo diſſenſi: ni/
mis ꝑfracte videbat̄ ęrariū vectigaliaqꝫ defendere.
Prefringo vide alibi. Refringo. Suffringo aliquā/
tulū ſeu ꝑ mediū frango. Lactā. lib. iiij. Carnifices nō
putauerunt oſſa eius ſuffringere: ſicut mos eorum fe
rebat. Plau. in Tru. Ut ego hiſce ſuffringam talos
Aſcen. Frangi in fęminā longe aliud ſignificat.

Fragmen ⁊ fragmentū accipi ſolent ꝓ parte rei fractę.

Fragor ſonitus qui ex arbore aut alia re fracta reddit̄.
Uirg. li. j. geor. Et horridus altis mōtib⁹ audiri fra/
gor. Ser. Horridus fragor ſonitus qualis ſolet fieri
ex aridis cū frangunt̄ arboribus. Liui. lib. j. Iam fra
gor tectoꝝ q̄ diruebāt̄ vltimis vrbis ꝑtib⁹ audiebat̄.

Fragoſus a um: a frango aſper atqꝫ ꝓruptus. Col. li. ij.
Incultū igit̄ locū cōſiderem⁹: ſiccus an humidi⁹: ne/
moroſus arboribus: an lapidibus confragoſus.

Frago as vigilias circūeo: ꝙ eo labore homo frāgatur

Frageo es: a quo frageſco is: quod eſt frangor. Plau.
Frageſcit animus miſerijs.

Frangile pe. cor. caducū debile et qꝺ facile frangi pōt.
A quo fragilitas/debilitas/incōſtantia.

Fragiliter inconſtanter.

Fracidus a um: pe. cor. a frango dicit̄ qꝺ eſt pluſqꝫ ma/
turū et iam putreſcens. Cato. Fractores volūt vt oli
ua in tabulato diu ſit vt fracida ſit quo facili⁹ efficiāt.
Quidam fracidū a fraceo deducunt.

Fraceo es: a quo Fraceſco quod eſt quaſi frāgor reſol/
uor et quaſi vetuſtate putreſio. Columella libro. j.
Oleum quod nimis prouenit: ſi congelatur fraceſcet
id eſt putreſcet. Uarro. Hęc de qua fit oleum conge/
ri ſolet aceruatim dies ſingulos i tabulata vti ibi me
diocriter fraceſcat.

Fragitides pe. cor. auctore Celſo dicunt̄ venę grādes
quę tumidę ab vtroqꝫ latere colli apparent.

Fragra mora q̄ in terra naſcunt̄. Uirg. Qui legitis flo
res ⁊ humi naſcentia fragra.

Fragrare odorē emittere a frangendo: quia res fractę
vehementer olent. Aug. lib. j. de ci. dei. Nā pari mo
tu exagitatū ⁊ exhalat horribiliter cęnum ⁊ ſuauiter
fragrat vnguentū. Hinc fragrantia. Hiero. in Geñ.
Ut ſenſit veſtimentoꝝ eius fragrantiam.

Fragor aris: non eſt in vſu cū tñ cōpoſita Refragor et
ſuffragor habeant̄ quorū primū pro repugno: ſecun/
dū pro adiuuo quaſi ſubfragor accipitur.

Framea ę. pe. cor. ab aliquibus exponit̄ pro lancea ſiue
haſta. Tacitus de Germanis. Ne ferrum quidem
ſupereſt ſicut ex genere teloꝝ colligitur raro gladijs
aut maioribus lanceis vtunt̄: haſta vel ipſoꝝ vocabu
lo frameas gerūt anguſto ⁊ breui ferro: ſed ita acri et
ad vſum habili vt eodē pro vt ratio poſcit vel comi/
nus vel eminus pugnēt: ⁊ eques quidē ſcuto framea/
qꝫ cōtentus eſt. Aug. ſ̄o in octauū pſ̄. pro gladio ac
cipit ſic ſcribēs. Gladiū dei bis acutū: hoc eſt frameā
Iuue. Et martis frameā ⁊ tyrrhei ſpicula vatis.

Franoſus qui fraudem cōmiſit.

Frater: dicitur ꝙ ſit fere alter vel a gręco. Gręci enim
φρατρας coniunctos appellant: ⁊ φρατριαν vocāt
contuberbium. Et quattuor modis in ſacris dicitur.
Natura. ſ. gente/cognatione ⁊ affectu. Natura ſicut
xij. patriarchę filij iacob. Gente qua omnes iudei in/
ter ſe fratres vocantur: ſicut habetur in Deut̄. Non
poteris cōſtituere ſuper te alienigenā: quia nō eſt fra
ter tuus. Cognatione fratres vocāt̄ q̄ ſunt de vna fa
milia. i. patria quas latini paternitates interpretant̄
cum ex vna radice multa generis turba diffunditur:
vt in Geñ. dixit Abraam ad Loth. Non ſit rixa in/
ter me ⁊ te: ⁊ inter paſtores meos et paſtores tuos:
quia fratres ſumus. Affectu qui in duo diuiditur in
ſpeciale ⁊ in cōmune. In ſpeciali quia oīes chriſtia/
ni fratres dicunt̄: vt Ecce qꝫ bonum ⁊ qꝫ iocundū ha/
bitare fratres in vnum. In cōmuni: quia omnes ho/
mines ex vno patre nati pari germanitate ꝯiūgimur
ſicut apoſtolus ad Corinthios. Si quis frater nomi
natur fornicator aut auarus.

Fraterculus diminutiuū. i. paru⁹ frater. Iuue. Unde
fit vt malim fraterculus eſſe gigantū.

Fratria vxor fratris. Nam fratrię dicūtur quaſi fratrū
inter ſe vxores.

Fratrueles ſiue fraterni appellant̄ duorū fratrū filij: q̄
et fratres patrueles dicunt̄.

Frater patruelis: filius patrui. Fratres patrueles ſo/
roreſqꝫ patrueles dicuntur q̄ queve duobus ex fratrī
bus ꝓgenerant̄: vt apud iuriſconſultos traditū eſt.
Sue. in Ceſa. Qui fratri patrueli ſuo Marco in cō/
ſulatu ſucceſſerat.

Fraternus ſubſtantiuum appellatur fratris filius: in/
quit Hieronymus: quo vocabulo vſus eſt in libro
Canticorum.

Fraternus a um: poſſeſſiuum: vt fraternus amor: a quo
fraternę aduerbium qꝺ eſt ad ſimilitudinem fratris.
Augu. Cū eū a teneris annis ardētiſſimo illo puerili
amore mihi cōiunctū pluſqꝫ fraternę amarem.

Fratrare puerorꝫ mām̄ę ꝙ velut frēs pares oriātur qꝺ
etiā in frumento ſpica facere videtur.

Fratilli villi ſordidi in tapetis ꝙ ꝑ terrā ferant̄.

Fraus a ferendo deceptio q̄ alicui infert̄ ſicut impoſitu
ra ab imponendo. Accipitur quandoqꝫ pro periculo
Uirgi. lib. v. Quis deus in fraudē quę dura poten/
tia veſtra egit: Et in iure lectum eſt: Erat illa res frau
di: id eſt periculo: Quādoqꝫ pro pęna. Cice. libro de
ora. Idcirco narrabo ⁊ fraude capitali eſſe. Uirgili⁹
lib. xj. Iam noſces vētoſa ferat cui gloria fraudem.
Differūt tñ ſm̄ Ulp. pęna et fraus: ꝙ fraus ſine pę/
na eſſe poteſt. Pęna ſine fraude eſſe non poteſt. Pę/
na eſt noxę vindicta: fraus et ipſa noxa dicitur ⁊ quaſi
pęnę quedā pręparatio. ηοτι φραζωτο λεγω και
φρασις ο λογος εκ μικρου ενιτω λογω δο
λος δε εν πραγμασι.

Frauduloſus qui fraudem facit qđ magis a diminutiuo fraudula q̃ a fraude videtur deſcendere.

Fraudulentus: fraudis plenus: a quo fraudulẽter hoc eſt cum fraude.

Frauſus: erit qui fraudez cõmiſerit. Plau. in Aſi. Nõ placet me tuo in cõmune ne quã fraudem frauſus ſit.

Fraudo as: decipio: Et dicimus fraudo te. Et fraudo te hac re. Virg. Quẽ regno heſperię fraudo ⁊ fatalibus aruis. Fraudare geniũ: eſt nõ ſatiſfacere neceſſitati naturę ⁊ voluptati. Cuius contrarium eſt curare geniũ. i. laute viuere. Fraudare deſiderium eſt nõ facere quod cupit ⁊ non eſſe voti compotẽ. Unde legimus. Nõ ſũt fraudati a deſiderio ſuo. Hinc cõponitur Defraudo.

Fraxinus penultima correpta: genus arboris ꝙ in fragoſis locis naſcatur.

Fregella: olim ciuitas: nũc vo vicus nõ lõge a Velitris

Fremo is ui itum: tumultũ facio: vt fit ab vndis maris Virgilius. Talibus ilioneus cuncti ſimul ore fremebant. Ser. Fremebant hoc eſt conſentiebant. Et bene ore: qr etiã armis poſſumus fremere. Unde Lact. lib. vij. Fremẽt vbiq; bella: oẽs gẽtes in armis erunt. Huius cõpoſitũ eſt Infremo pe. cor. qđ eſt valde fremo. Idẽ lib. ij. Si belli terror infremuit.

Fremitus us: pe. cor. proprie ſonus fluctuũ ⁊ in populo murmur indignante ⁊ pre iracundia humanaz vocem imitante. Virg. Fluctibus et fremitu exurgens benace marino. Feſtus vult Fremitũ dictũ ferimẽtũ.

Frendeo es dui. freſum: ſignificat frango. Unde faba freſa dicitur mola leniter fracta. Col. Cicera bubus erui loco freſa dantur in hiſpania betica. Et frendere eſt cũ gemitu ſiue iracũdia vocem emittere: vt apud Eſaiam: Rugiet vt catuli leonũ et frendet ⁊ tenebit prędam. Hierony. in Paulo heremita. At ille barbarum neſcio quid frendẽs ⁊ frangens potius verba q̃ proloquẽs inter horrentia ſatis blandum queſiuit allocutuz. Hinc cõponitur Infrendeo: quod eſt valde frendeo. Virgi. lib. iij. Dentibus infrendens gemitu graditurq; per ęquora iam mediũ.

Frequens. Vide in dictione Celebris.

Frequento as: ſępe vel cum multis adeo. Salu. Iuuẽtutem quę domũ Catilinę frequẽtabat. Inde frequẽtatio ⁊ frequentia pro cõuentione ⁊ cõcurſu ſeu multitudine. Idem. Reliquos cũ cuſtodibus in ędem cõcordie venire iubet. Eo ſenatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat. Aliquando frequẽtare eſt frequenter facere. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Extruantur ampliſſimę atq; ornatiſſimę domus: vbi opipara cõuiuia frequententur.

Frequentarius a um: veteres dixerunt ꝓ frequẽte.

Frequentatiuũ: qđ frequenter fieri aliquid ſignificat.

Fretum ab vndaꝝ fremitu dictum: vt Varro inquit: a ſimilitudine feruentis aquę ꝙ in fretum ſępe concurrat ęſtus atq; ferueſcat. Et ſignificat ſiue mare naturaliter mobile. Anguſtias enim quibus athlanticum mare irrumpit terras gręci πορθμον. latini fretum appellant. Abuſiue pro ipſo mari. Hinc tranſfreto tranſfretas penultima correpta quod eſt trans fretum nauigo.

Fribolus: pe. cor. quaſi fere obolo dignus.

Frico as: fricui frictum. Unde fricticus ẜm Priſcianũ Iuue. Si prurit frictus ocelli angulus. Gregorius tamen dixit Confricatus. Macer. Urtice folijs reuocatur vulua fricata. Eſt aũt fricare ſicut ſonat Virg. lib. iij. Geor. Fricat arbore coſtas. Hui⁹ cõpoſita ſũt Affrico iuxta frico Col. lib. viij. Pecudes aut morſu ſcalpũt aut cornu aut vngula tundunt: aut arbori affricant parietibus ve detergũt. Pli. Marathro herbę ſeſe affricat. Confrico ſimul frico. Plau. in Aſi. At qui pol hodie non feres ni genua: cõfricẽtur. Col. lib. ij. Boues cum ab opere dimiſerit ſubſtrictos cõfricet: manibuſq; comprimat dorſum: ⁊ pellem reuellat. Defrico deorſum frico. Cice. lib. iiij. ad Heren. Nam vt forte hic in balneas venit: cępit poſtq̃ defuſus eſt defricari. Col. libro. ij. Solida in ſole ſiccẽtq; et radice ſilphi trita cum aceto aſpergatur defricetur Infrico intus frico. Idem libro. vij. Maxime proderit fuligo ex aheno vlceri infricata. Col. lib. vij. Deinde nares perfricato vt homines diſcãt odorari. Plinius in prologo. Perfricui faciem nec tamen profeci Mos eſt eorum qui cum pudore aliquid agunt vt faciem perfricent natura ipſa ad id impellẽte: quaſi ad abigendum ſanguinem qui ex precordijs ad faciei ſuperficiez confluit. Propter quod querit Ariſto. Cur pudore facies hominis erubeſcat metu palleſcat: cũ pudor nihil aliud ſit q̃ timor futurę reprehenſionis. Hinc ergo ortum eſt prouerbium: vt quotiens dicere volumus nos pudorem deponere dicamus. Perfricui faciem: hoc eſt pudorez expuli. Refrico rurſus frico. Cice. Sex. publij filio. Sin aũt omnia q̃ ſentio perſcripſerim: ne refricem meis litteris deſideriũ ac dolorẽ tuũ. Et omnia habent pe. cor.

Frigus oris: pe. cor. ⁊ Frigor oris: pe. pro. ꝓ horrore qui eſt contrarius calori. Virgi. lib. j. Geor. Friguſq; colorẽq; inter. Macer. Pellet frigorem reuocabit ⁊ ipſa calorẽ. Aliquando ſumitur pro metu ab eo qđ prẹcedit ad id qđ ſequiť. Virg. Extẽplo aeneę ſoluunť frigore mẽbra. Ser. Frigore: id ẽ timore Reciproca tranſlatio: ⁊ timor pro frigore ⁊ frigus pro timore ponitur: vt in Teren. Uxorem tuam pauitare aiũt non timere ſed laborare frigoribus. Utrũq; eñ in vnum exituz cadunt ſicut ⁊ de calore ⁊ frigore vrere dicim⁹ vt eſt Aut borę penetrabile frigus adurat Rurſus frigus diciť ipſa acris natura. Virgi. lib. ij. geor. At ſceleratũ exquirere frigus difficile eſt.

Frigeo es: frigui ⁊ frixi ẜm Diom. frigid⁹ ſum. Priſci. Syllaba vero naturaliter longa ante geo mutat geo in xi. vt lugeo luxi: frigeo frixi. Virgi. libro. vj. Corpuſq; lauant frigentis ⁊ vngunt. Fit autem frigeo vt quibuſdam placet a frango: ꝙ tam calor q̃ horror nimis corpora frãgat. Alij a gręco deducũt. απο του φρυττω qđ eſt horreo. Unde φρικη horror ſiue frigus dicitur. Interdum Frigere eſt ſegnẽ eſſe. Plautus Frigent omnes nemo ſe vomet. Huius compoſitum Refrigeo.

Frigeſco is: frigidus fio. Lactã. lib. vij. Quos autem morbus interimit: ſpiritũ diutius exhalant: vt paulatim frigeſcentibus membris anima effletur: quę cum materia ſanguinis contineatur: ſicut lumen oleo ea materia febrium calore conſumpta neceſſe eſt mẽbrorum ſumma queq; frigeſcere: quoniaz vene exiliores in extrema corporis porrigũtur: ⁊ extremi ⁊ tenuiores riui deficiente vena fontis areſcunt. Hinc Refrigeſco compoſitũ. Col. li. vij. Si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt: aut ſudans in opere faciundo refrixit.

Frigidus a um quod habet frigus. Ouidius. Frigidi⁹ glacie pectus amantis erat. Quãdoq; frigidus diciť ſegnis. Virg. Largus opum ⁊ lingua melior ſed frigida bello dextra. Quicq; pniciofus ⁊ nocens eo ꝙ frigida naturę mortaliũ pernicioſa ſunt. Idẽ. Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba.

Frigidulus diminutiuũ eſt: qui eſt parum frigidus.

Frigorificus a um: quod frigus inducit: ſicut a calore calorificus.

Frigefacio: a quo frigefio notę ſignificationis.

Frigero as pe. cor. Frigefacio: a quo Refrigero quod eſt rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero valde frigero. Plinius. Omnium earum vis eadem perfrigerare eſt aſtringere.

Frigutio is iui. Frigutire: ſurſum ſaltare vt eſt ex frigo
re tremere: vel a calore frigere: et quod nos vulgo di
cimus ſgriſolos habere. Plau. in Caſ. Nam quid fri
gutis? quid iſtuc tam cupide cupis?

Frigella auis dicta ꝙ frigore cantat ⁊ vigeat.

Frigo frigis. xi. xum. ⁊ gui ctum: ſignificat torreo quod
vulgo dicitur Friȝere. απο του φρυττειν οθεν λε
γεται φρικη.

Feſtus: frigere ⁊ frictum a greco: Inde frictorium ⁊ fri
xorium in quo quid frigitur. Hiero. in Eſaia. Confri
xa ſunt oſſa mea tanꝗ in frixorio. Cor. Celſus. Tum
res eadem magis alit iurulenta ꝗ aſſa: magis aſſa: ꝗ
frixa. Hiero. ad Furiam. Pueri erãt nec dum ad ſar
tagiñe venerãt in qua rex babylonis ſenes iudices fri
xit. Hinc fiunt cõpoſita Defrigo et perfrigo. Iuue.
Et ſi perfrixit cantat bene.

Frixorium a ſono frixationis dicit̃ ſartago in qua quid
frigitur: que ⁊ frictoriũ appellatur.

Fritilla cibus ex pulte factus qui frigit̃.

Frit dicitur illud in ſumma ſpica iam matura: quod eſt
minus ꝗ granum.

Fritillus apud nos dicitur tabula luſoria qui apud gre
cos Pyrgus in quo teſſere coniecte agitateqꝫ mittũ
tur inquit Porphirio. Ex quo demonſtrat̃ teſſeras
cõiici fritillo tanꝗ vaſculo quo agitate deinde mittũ
tur in alueolum. Iuuenalis. Paruoqꝫ eadem mouet
arma fritillo. Dictus fritillus vt quidã putãt a crepi
tu ipſo teſſerarum: vel ꝙ ſuꝑ eo teſſere ferant̃. Hinc
etiã Alueolus dicit̃ ⁊ Pyrgus. Mar. Dum blanda
vagus alea december incertis ſonat hinc ⁊ hinc fri
tillis. Varro. Quales ſunt teſſere quibus in alueo
lo ludit̃. Hora. Mitteret in pyrgũ. Alij in fimum.

Frio as: ſignificat tero. Plinius. In ipſa quidẽ ethio
pia friatur. Hic tanta eſt ſiccitas vt farine ſpiſſentur
in panem. Huius compoſita ſunt Affrio. Infrio qđ
eſt terendo aliquid digitis leniter inſpargo. Suffrio
paulum contero.

Friabile: qđ facile friatur ⁊ quaſi manibus minutim te
ritur. Pli. lib. xxviij. Optimaqꝫ eſt que candidiſſima
⁊ friabilis minimeqꝫ põderoſa cũ terat̃ inter digitos

Friuolus a um: pe. cor. a frio as dicit̃ qđ eſt inane leue
nulliuſqꝫ momẽti: ſicut friuola dicunt̃ verba q̄ minus
fide ſunt ſubnixa. Unde friuola pro nugatorijs q̃nqꝫ
poni cõſueuerũt. Et vaſa friuola q̄ vix attrectãdo ali
quid confringunt̃: ⁊ in puluerẽ vertunt̃.

Frons frontis ab oculorum foratu: vel a ferendo ꝙ in
dicia animi pre ſe ferat. A dextra ⁊ ſiniſtra tempori
bus: a ſuperiori capillorum radice: ab inferiori vero
parte ſupercilijs terminata: corrugatur in triſticiam
⁊ in leticiam dilatatur. Eſt eñ triſticie hilaritatis cle
mentie ſeueritatis indicium. Et pudorem ſignificat.
Perſius. Exclamet melicerta periſſe Frontẽ de rebꝰ
Et ob hanc cauſam frontẽ Genio priſci conſecrarũt.
Dicit̃ etiã frons de rebus inanimatis. Uir. Fronte
ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Et licet a
grãmaticis genere fe. proferat̃ tamen a Cecilio ge
nere maſ. ponitur: hi ſunt inquit inimici peſſimi fron
te hilaro: triſti corde: Hinc cõponit̃ Bifrons.

Frontale: qđ ad frontẽ ponit̃. Pli. lib. xxxvij. Quõdãqꝫ
tante magnitudinis fecere vt equis regũ in oriente
frontalia atqꝫ pro phalaris penſilia facerent.

Frontati vt eſt apud Uictr. id genus laterũ dicunt̃ q̃s
greci diatonos appellant: qꝛ ꝑ latitudinẽ totam por
recti vtraqꝫ parietis frontẽ conficiant.

Frontoſus pro impudente capitur.

Frons dis generis fe. a fero ꝙ frondes arborũ huc atqꝫ
illuc a vento ferant̃: ꝓprie aũt frondes arborum di
cuntur: folia ṽo tam arborũ ꝗ herbarũ ⁊ florũ. Hinc
frondifer. Lucre. Frondiferaſqꝫ domos auiũ.

Frondeus a um: quod totũ ex frondibus eſt: vt torus
frondeus.

Frondoſus a um: quod frondibus abundat: vt lucus
frondoſus.

Frondarius a um qđ ad frondes ꝑtinet: ſiue qđ ex fron
dibus eſt. Pli. li. xviij. Unus frondator quattuor frõ
darias fiſcinas cõplere in diem iuſtũ habet.

Frondeo es dui: Frondes habeo. Uirg. Nũc frondẽt
ſylue. Hinc Frondeſcere. Colu. lib. v. Nihilominus
eñ paucis frondeſcet pãpinis.

Frondo as: frondes emitto a quo frondator frondatio
⁊ Defrondo qđ eſt frondes deijcio.

Frondator qui arbores amputat: ⁊ qui frondibus ma
nipulos facit hyemis tẽpore aĩalibus ad paſtũ effe
rẽdos. Et qui manibꝰ vitiũ folia vellit: quo ardor ſo
lis vuam maturiorẽ reddat.

Frondatio. Col. li. vj. Atqꝫ in frondatione cauendum
ne aut prolixiores pollices fiant qui ex amputatatis
virgis relinquũtur.

Fruor eris: fructũ in ſupino ſm̃ Priſcianũ: ſicut ſtruo
ſtructũ. Cice. in hortẽ. Et amgnitate ſumma per fru
cturus eſt. Ulp. tamen ad ſabinum. Frutũ fruiturus
nõ fructurus quomodo ortum oriturus Frutũ fruitu
rus: mortuũ moriturus dicit: ꝙ cũ i. in ꝑterito nõ ha
beãt id in futuro habẽt. Hiero. ṽo ad principiã frui
tum dixit. Sepe ⁊ multũ flagitas virgo chriſti princi
pia vt memoriã ſancte femine marcelle litteris reco
lam: ⁊ bonum quo fruiti ſumus etiam ceteris noſcen
dũ imitãdũqꝫ deſcribã. Cice. lib. iij. tuſ. Zeno ſtoico
rũ acutiſſimus contẽdere ⁊ magna voce dicere ſole
bat: eũ eſſe beatũ qui preſentibus voluptatibus frue
retur: confideretqꝫ ſeſe fruiturũ. Utra autem ſit ve
rior ſententia ꝙ fruor fructũ an ꝙ fruitum faciat non
ſatis dignoſci poteſt: ꝙ raro huiuſmodi exempla re
periantur ⁊ nõnunꝗ vitiata: puto tñ ꝙ fructus ⁊ frui
tus a quo fruitio: nõ fretus faciat: cũ nõ ſit eiuſdẽ ſi
gnificantie. Neqꝫ aſtipulor illis qui dicũt frui de hu
manis dici. Cum et in bonam ⁊ in malam partem ac
cipiat̃. Aug. lib. xv. de ci. dei. Boni ad hoc vtunt̃ mũ
do: vt fruantur deo: mali autem: vt fruantur mun
do vti volunt deo. Hiero. ad Iuliauũ. Difficile imo
impoſſibile eſt: vt ⁊ preſentibus ⁊ futuris quis fruat̃
bonis: ⁊ ventrẽ hic ⁊ ibi mentẽ impleat. Iuuenalis.
Exul ab octaua marius bibit ⁊ fruitur dijs iratis. Eſt
itaqꝫ frui quaſi delectationem ⁊ fructũ capere. Terẽ
tius in adel. Eſt hic paululũ quod locitas foris huic
demus qui fruat̃. Compoſita huius verbi ſunt De
fruor et perfruor: que ſignificant in totũ fruor ſeu om
nem fructũ ꝑcipio.

Fruiſcor a fruor deducitur: ſicut a fateor fatiſcor. Me
tellus ad domitios. Illi vero omni iure atqꝫ honeſta
te interdicti: ego neqꝫ aqua neqꝫ igni careo: ſed ſum
ma gloria fruiſcor. Celſus libro. ij. cũ accuſatiuo iun
xit. Domus ſuas inquit quandoqꝫ iubet ire et ſua om
nia fruiſci.

Fruniſcor ꝓ fruor. Cato poſuit ⁊ fruitũ dixit pruden
tem. Hoc eſt eum quo perfrui liceret: ſicut econtra
rio infrunitum inſipientem ac ſtolidum: qui vlli vſui
eſſet: Quis alij fronitum per o. a greco φρονιμον.
eñ greci prudentẽ dicunt αφρονα vero dementem
Unde eſt illud in ſacris litteris. Et animo irreuerẽti
⁊ infronito ne tradas me.

Fructus tus: ⁊ fructi ⁊ fructuis. Teren. in Adel. Nũc
exacta etate hoc fructi pro labore illis fero. Uarro.
Quero vtrũ fructuis an delectationis cauſa vẽdatis
Antiqui etiam hec fructa dicebant. Cuius loco dicit̃
hec fruges. Et a fruendo dicit̃ fructus: vt inquit Uar
ro: quia his fruimur. Quidam etiam a Ferendo fru
ctus deriuant: ⁊ dicuntur ille res quas fundus fert ⁊
que in fundo ſunt ferunt̃.

Fructifer a um: qđ fert fructũ. Hoc eſt pingue fertile:

et Fructiferę arbores q̄ ferunt fructū.

Fructuarius: dicit̃ cuius fructus: Fructuarius a. um. quod fert fructū: ſeu quod ad fructū pertinet. Colu. lib. j. Pars autē fructuaria diuiditur in cellā oleariā torculariā ⁊ cellam vinariam. Idez lib. iij. Cū vitem inſerere voles optimi gener⁊ ſarmenta fructuaria cū gēmas agere incipiet vēto hauſtro a matre p̄cidito. Palla. Deciſis male natis oībus ⁊ veteribus nouellos ⁊ fructuarios ſerues.

Fructificus a. um. idem quod fructuoſus: qui fert fructum. i. vtilitatem preſtat.

Fruges frugis: vel hęc frux frugis ſm Priſci. vt notat Var. de anal. Frux legumen triticum a quo frugi indeclinabile deriuatur. Sunt autē frugi homines qui in omni re motibus animi moderantur. Unde eſt piſonis illius cognomen. Auſo. Ante equidē campis q̄ ſpicea ſuppeteret frux Feſtus. Panticeps frux ventris. i. pinguitudo. Et a fructu ſeu fruēdo dr̄. Nā id ē qd̄ ſegetes ferūt. Et generaliter fruges dicūt̃ quicq̄d ex fructu terrę in alimoniam vertimus. Uñ frugiferę arbores dictę ſunt quecūq̄ fructū ferūt qd̄ redditum dicim⁹ ſicut docet Ulp. Non ſolū qd̄ ex frumētis et leguminib⁹ verū etiā qd̄ ex vino vel ex ſiluis ceduis cretę fodinis: lapicidinis capit̃. Feſtus. Ser. et Do. frugis vocabulū a frumine eminente ſub mento gutturis ſeu gurgulionis parte qua cib⁹ in aluū demittitur a ferendo cibo appellatū dicūt. Et alio nomine dicitur rumē. Errant igit̃ qui diſcernunt frumenta a frugib⁹. Nā Cice. ait. Olei ⁊ frugū minutarū cū de leguminibus diceret: vt oſtenderet etiā frumēta fruges vocari. Liui. Eā gentē traditur fama dulcedine frugū maxime vini noua tum voluptate captā. Hinc defrugo as. de quo ſupra.

Frugi nomen a fruge denominatū oīs gener⁊ ⁊ indeclinabile eſt: ſicut nihil a nihilo et ſm Priſci. lib. vj. cū omnibus caſibus iungit̃. Hinc Mar. Jentacula frugi dixit. Et tā frugi iuno vellet habere iouē. Quintil. Taxat eos a quibus dr̄ frugalis ⁊ non frugi tanq̄ frugalis ſit dictio parū proba. Cum tū quod mirum videri poteſt frugalior ⁊ frugaliſſim⁹ vſurpent̃. Dicitur aūt Frugi homines. Terē. in eu. Frugi es. Ubi Do. Frugi vtilis et neceſſari⁹: a frugibus quę ꝙ his fruamur dictę ſunt. Inde Fructus ⁊ frumenta. Greci frugi hoīes χρησιμους dicūt. i. vtiles. Uñ antiqui ſeruū laudare volentes frugi dicebant: tanq̄ ſobriū vtilē ⁊ neceſſariū. Plau. in am. Ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere. Cice. lib. iij. tuſ. Sed qr nec qui propter metum pręſidium relinquit quod eſt ignauię: nec qui propter auariciam clam depoſitum reddit quod eſt iniuſticię: nec qui propter temeritatē male rem iuſſit: quod eſt ſtulticię frugi appellari ſolet. Eas tres virtutes fortitudinem iuſticiam et prudentiam frugalitas complexa eſt. Ergo frugi hominem bonum et virtute preditū intelligimus. Cuius contrarium eſt neq̄. Cuius ſignificatio vna eſt: ꝙ ſit libidinis intēperās. Altera ꝙ ad nibil bonus ſit ſed plane malus. Unde piſo frugi appellatus eſt. Colu. lib. j. Eiuſdem agilitatis homo frugi melius q̄ neq̄ faciet. Accipitur etiā frugi ꝓ eo qui in victu veſtitu ſimilibuſq̄ tēperans ē: ſicut econtrario Luxurioſus apud Sene. Quintilianumq̄ de duobus filijs frugi Luxurioſoq̄. Hor. Parcius hic viuit frugi dicatur. Unde frugalitas auctore Cice. ea virtus dici poteſt quā greci ſophroſynē: latini tum tēperātiā tū moderationē appellare cōſueuerūt. Sene. Luxurioſo frugalitas pęna eſt. Au. lib. j. de btā vita. Merito virtutū omniū matrē multi frugalitatē eſſe dixere. Quibus ꝯſentiens Tullius etiā in populari oratione ait Ut volet quiſq̄ accipiat: ego tamē frugalitatem: id eſt modeſtiam ⁊ temperantiam virtutem maximam eſſe iudico. Ut enim nequitia ēſt mater vitiorū omniū: ita frugalitas mater cūctarū virtutū: et ſicut illa a nihilo. i. ſterilitate ſic hęc a frugę. i. a fructu ꝓpter quandā animoꝝ fęcūditatē eſt noīata. Sic frugalior ꝓ temperantior. Teren. in heu. Dedo me patri nūc iam vt frugalior ſim q̄ vult. Et frugaliſſim⁹ quaſi expertus ⁊ prudēs. Col. lib. j. Magiſtros pecoribus oportet p̄ponere ſedulos ac frugaliſſimos. Unde et Frugalitas ꝓ ſufficiētia. Idē. Minus in hoc officio q̄ in ceteris agricolatio frugalitatē requirit.

Frumen: ſumma pars gulę interior: per quam cibum lingua demittit in ventrem. Et a qua Fruges dici a quibuſdā putantur.

Frumentum dictum eſt veluti ferimentum: vel a fruendo: id eſt veſcendo: vl' quaſi frugamentū a frugibus. Frumenti genera vt ſcribit Plini. hęc vulgatiſſima ſunt: far quod Adoreum dixerunt. Siligo triticum hordeum. Frumenta dici putant quecunq̄ emittunt ariſtas inquit Ser.

Frumentaceus a. um. quod ex frumento eſt. Hierony. Maior turba hordeaceis panibus minor frumentaceis paſcitur.

Frumentarius a. um. qd̄ ad frumentū pertinet: vt frumentarius ager: frumentarius negociator: frumētaria lex quę tractat de frumentis.

Frumentor aris. frumentum colligo. et Frumentatio frumenti collectio. et Frumentator: qui frumentatū profectus eſt.

Fruſus genus ruborum tenue: ſpinis minoribus ⁊ nō aduncis.

Frutex dicitur qui ad iuſtam magnitudinē arboris nō aſſurgit ⁊ ſtatura ſimilis eſt multis herbis: ſed nō demorit̃: neq̄ areſcit vt herba. Nā tertiū eſt qd̄ nec arborē: nec fruticē ꝓprie dixeris vt eſt vitis. Aliquādo frutex ponit̃ pro ſtirpe. Sue. de Ueſpa. Singulos repente ramos a frutice dedit.

Frutetū ſeu Fructicetū vbi multi frutices ſunt.

Frutetoſus locus fruticibus abundans. Plini. lib. xix. Siccis hęc ⁊ ſabuloſis locis frutetoſiſq̄ naſcuntur.

Frutito as. penulti. cor. pullulo et q̄ſi frutices emitto. Pli. lib. xvij. Quod ſup̄ terrā eſt e matre radi iubet̃ vt fruticet: Eſt ⁊ fruticor deponēs r. Cic. ad Atticū. Exciſa ē eñ arbor non euulſa: itaq̄ q̄ fruticet̃ vides.

Frutiſcere eſt fruticem fieri. Plini. Punicę olę quia celeriter fruticeſcunt.

Fruſtum rei cuiuſcūq̄ particula: ſic dictum ꝙ facile ferat̃. Uirg. Pars in fruſta ſecant. Cat. Fruſto panis ꝯduci poteſt vel vti taceat: vel vti loquat̃. Hui⁹ dimīnutiuū eſt Fruſtulū: a quo fruſtillū.

Fruſtatim aduerbiū ſignificat ꝑ fruſta. Fruſtillatim ꝑ fruſtilla. Plau. in Cur. Jā ego te faciē vt hic formicę te fruſtillatim differant.

Fruſtra aduerbiū ſignificat incaſſum.

Fruſtro as. decipio. Cęſar. Nō fruſtrabo vos milites Inuenit̃ et fruſtror v̄bum cōmune ſm Priſcianum. Plau. in Am. Neſcio quis preſtigiator hāc fruſtrat̃ mulierē. Paſſiue. Feneſtella. Fruſtrat⁹ igit̃ a ſpe deuictus in caſtra ſe recepit. Et fruſtra agere. Colu. in p̄fa. Sępe magnā dñis afferunt iacturā cū imprudēter facta opa fruſtrant̃ expenſas. i. proijciūt: ſiue fruſtra agunt. Idē ibi. Syderū ortus et occaſus memoria repetat ne imbribus ventiſq̄ imminentib⁹ opera inchoet: laborēq̄ fruſtret̃.

Frutinal: dictū eſt templū Ueneris frutę.

## F Ante I

Fucinę penul. cor. lacus in quarta regione italię prope Albenſes Marſorū populos. Quo etiam noīe dictus eſt lacus volſcoꝝ. Mar. Fucinus ⁊ pigri taceātur ſtagna neronis. Uirg. li. vij. Te nemus Angitię

vitrea te fucinus vnda Te liquidi fleuere lacus.

Fucus genus apis ſine aculeo: ſed maior ape que non mellificat neq operam aliquam prebet in faciundo opere niſi q ad fouendos fetus concaleſaciendo adiuuat et conſumit alimenta que apes congeſſerunt. Virgl. Ignauum fucos pecus a preſepibus arcent. Hec alio noie dr fur: vt inquit Var. Col. li. x. Fucus genus amplioris incremēti ſimillimū apis et immune ſine doctrina fauis aſſidens. De hoc Plin. lib. xi. Fuci ſunt ſine aculeo imperfecte apes nouiſſimeq a feſſis et iam emeritis inchoate ſerotinus fetus: et quaſi ſeruitia verarum apū quāobrem imperant his primoſq in opera expellunt: tardantes ſine clementia puniūt. Dictus Fucus: vt inquit Pli. quia furtim mella deuorat. Hoc etiā nomine dicta eſt herba ſm Ser. qua tinguntur veſtes. Et fucus color ipſe ceruleus qui virore cōmendatur: et purpuriſſa ſeu Ceruſatus dicitur. ſiue medicamentū. Plaut. Vitia corporis fuco occulūt: Siue vnguentū quale Myrrhabolanū et myrrha quibus odoramētis mulieres capillos perungebant. Tibul. Quid fuco ſplendente comas: ornare quid vngues Artificis docta ſubſecuiſſe manu: Per tranſlationē ſumit pro fraude aſtutia ſiue inſidijs: in quibus veritas occultat. Teren. in Eu. Per impluuiū fucum factū mulieri. Quidā tamē hoc nomē per ph. ſcribunt tam pro animali: q a φαγω deducāt eo q apum labores comedat: q pro herba q̄ grece φυκοσ dr. Sed alij non a φαγω ſed aφηκην deducunt.

Fuco as. coloro. Unde fucate mulieres dicunt que vel medicamentis quibuſdā colorant: vel vitia corporis inductis coloribus tegunt. Virgl. lib. ij. geor. Alba neq aſſyrio fucatur lana veneno. Transfertur etiam ad alia. Lact. lib. ij. Sic veritas fucata mēdacio eſt. Amb. in Lucā. Plebē dominus ſimplicē requiſiuit q̄ phalerare audita et fucare neſciret.

Futilis pe. cor. falſus: vt res futilis. i. falſa et q̄ſi fucata

Fugo as. expello et in fugā conuerto. Lactā. lib. j. Saturnus cū fugatus eſſet a filio.

Fugio is. itum. contrarium eſt Fugo. Fugere enim eſt cum curſu et celeritate diſcedere. Virg. Nos patriā fugimus. Dicit etiā de nauigationibus. Virg. Tendunt vela nothi fugimus ſpumātibus vndis. Plau. Remigio veloq quantum potes feſtina et fuge. Aliquādo capitur pro facere. Plau. in cap. Ad fugā fugitis ſcio quā rem agatis. Aliquando pro decipere vel fruſtra facere. Ter. in heau. Vide ne in mea vita tu tibi laudē is queſitum ſcelus: vbi ſi paululum modo qui te fugerit ego perierim. Aliquādo pro neſcire ſeu non recordari. Lactā. libro primo. Quod illum ipſum poetam minime fugit. Cice. lib. j. tuſ. Niſi q̄ me forte fugiunt: he ſunt fere omniū de aio ſententie Aliquando pro cedere. Pli. lib. xxxvij. Fictitie ſacrificationis candicantiā fugiūt. Hoc ē fictitias ad impreſſionem ſacrificantis cedere: quod gemmarij hodieq appellāt fugere. Hinc ortum vt vina q̄ annis cedūt: hoc eſt etatē ferre non poſſunt fugere dicant: vt Cice. in offi. Huius compoſita ſunt Aufugio: alio fugio: quod ex ab et fugio componitur b. in u. mutata vt fieret vox pronunciatu audituq lenior. Hieron. ad Helio. Dominus ne a turbis rex conſtitueretur aufugit. Confugio ſimul fugio concurro: aut totū ſimul reduco. Lact. lib. ij. Conſtituit aſylū: eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi. Liui. Inde Turnus rutiliq diffiſi rebus ſuis ad florentes etruſcorū opes Mezentiū regem eorū confugiūt. Hiero. Ad ſanctarū grauitatē ſcripturarū cōfugim9. Hinc Confugiū et confugela: defugio: diffugio: de quibus alibi. Effugio extra fugio/ diſcedo/ deuito. Lactā. lib. iiij. Neq cultores deorum penam ſempiterne mortis effugient. Interdū celeriter tranſeo. Virg. lib. iij. Effugimus ſcopulos itache laertia regna. Interdū nō bene ſcio. Aug. ad hier. Satis nequeo admirari ſi aliquid adhuc in hebraicis litteris inueniat quod tot interpretes illius lingue peritiſſimos effugerit. Interdum effugere ē in totum fugere. Teren. in an. Nullon ego chremetis pacto affinitatē effugere potero. Hinc effugium: et effugia e. ſicut lana et lanitiū. Perfugio: quod eſt auxilij gratia ad aliquem fugio. Unde perfugium. Et perfugere eſt perfecte fugere. Unde perfuga qui ad hoſtes tranſit et perfugit. Refugio retrofugio. Pli. li. ix. Venantes refugere. ſ. piſces ipſos venantes in ſuas cauernas. Gel. Poſtea cum prelio victus in vltima regione refugiſſet. Et refugere cōfugere. Unde refugiū. Per tranſlationem ponitur pro deuitare recuſare et odio habere. Lact. li. vj. Illos qui aut voluptates aut diuitias nō refugiunt ab hac publica et celebri via modice ſegregat. Aug. lib. de ci. dei. j. Sed aliud eſt qd carnis ſenſus infirmiter pauid9 refugit: aliud qd mentis ratio diligenter enucleata cōuincit. Col. libro. iiij. Idq adeo plurimi dubitent: vt multi refugiant et reformident talem poſitionē ruris. Profugio longe fugio a quo profugus. Subterfugio: ſecreto aut aſtute fugio vel veto. Cice. pro Cecilio. Qui volūt penā aliquā ſubterfugere aut calamitatē eo ſolum vertunt. Suffugio: latenter fugio. Sue. vero pro retro fugio in Tibe. poſuit Adulationes adeo auerſat9 eſt vt neminē ſenatorū ad lecticā ſuā admiſerit: conſularē quo ſatiſfacientē ſibi ac per genua orare conantē ita ſuffugerit vt caderet ſupinus. Tranſfugio trāſeundo fugio ab vno ad aliū locū. Unde trāſfuga qui ad hoſtes fugit. Liui. li. j. Sextus filius eius q̄ minim9 ex tribus erat tranſfugit ex cōpoſito gabios. Sal. Modo harum: modo illarū partiū leuiſſime trāſfuga. Et omia habēt fu. ſyllabā correptā.

Fugito as. penulti. corre. ſepe fugio ſiue fugiendi conſuetudinē habeo. Plau. in aſi. Verum noſmet fugitare cenſes. Terē. in eu. Fugitando fugi ne quis me cognoſceret.

Fuga: ipſe fugendi actus. Virgilius pro curſu poſuit. Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice: volucremq fuga preuertitur hebrum. et Quintil. nauigationem dixit fugam: ſiue naues fugiētes que velocē faciunt curſum. Aliquando fuga dicitur Impetus. Virgl. Ille volat ſimul arua fuga ſimul equora verrit. Fuga vero maſcu. genere componitur varijs modis: vt perfuga: tranſfuga: lucifuga: noctifuga: ſolifuga: lucrifuga. Plaut. Cū hos adhuc adij lucrifugas damni cupidos.

Eugia: letitie dea a fugatis hoſtibus dicta.

Fugax: qui facile fugit. Significat enī habitū et abundantiā rei cuius ē habitus: vt edax/ bibax. Aug. Terrena gaudia cōſectantes rebuſq fugacib9 inhiātes. Qnq tñ ponit pro celeri et veloci. Vñ fugacē equū dicimus velocē. Hinc fugatior fugaciſſimus: fugacitas et diminutiuū fugaculus.

Fugitiuus ſeruus dicit qui a domino ea mente recedit ne ad eū redeat etiā ſi mutato cōſilio ad eū reuertit Et fugitiuus ē qui extra domini domū fuge cauſa vt ſe a dño celaret māſit. Itē fugitiu9 eſt qui eo ſe cōfert vñ eū dñs recuperare nō poſſit: aut abduci. Qui aūt incendiū: ruinā hoſtē aut preceptorē cui in diſciplinā traditus erat: q2 immoderate eo vtebat aufugit non fugitiuus dicendus eſt.

Fugitiuarius a. um. qd libēter ſeu facile fugit. Var. li. vij. Idoneus ſub dio ſumēdus eſt locus cochlearijs quē totū circū aqua claudas ne quas ibi poſueris ad partū nō liberos earū ſed ipſas queras: quā in aquā fundendā ne fugitiuarijs ſit parandus locus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fugitiuę aquę dicuntur quibus ex publico riuo fluentibus furtim quis ac nõ ſuo iure vtitur.

Fugalia feſta ſiue ludi. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Sed demonſtrent loca talibus aliq̃n cõuenticulis cõſecrata non vbi ludi agerẽtur obſcęnis vocibus ⁊ moribus hiſtrionũ: nec vbi fugalia celebrarentur effuſa omnium licentia turpitudinum: et vere fugalia ſed pudoris et honeſtatis.

Fulcio is. ſi. tum. munio/ſuſtẽto/fortifico. Iuue. Nos vrbem colimus: tenui tibicinę fultã. Huius cõpoſitũ eſt ſuffulcio. Var. Ut maioribus perticis ſuffulte vites auras non ꝑtimeſcant.

Fultura ſuſtentatio. Plini. Ut eximantur trabes ſine fulturis ac reponantur.

Fulcra a fulciendo. i. ſuſtinendo dicta ſunt. Sunt enim tabulę cõpactę ſeu ſpõdę in quib᷑ lecti imponuutur ꝙ toros fulciant. Virg. Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Gel. Neq̃ apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cũ ſtrue aut ferro oportet. Sue. in clau. Adhibebant omni cęnę et liberos ſuos cum pueris puelliſq̃ nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. Sunt qui lecti pedes fulcra interpretent̃. Alij ſummas lectorũ partes. Nec ſolũ de lectis dr̃ ſed etiã de alijs. Amb. li. hexa. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit: nec fulcris ſuis ſtabilis ꝑſeuerat: ſed dñs ſtatuit eam: et firmamento voluntatis ſuę continet.

Fulica penul. cor. auis quę et Fulix dicitur marina vel ſtagnenſis vt inquit Aug. paulo ſupra magnitudinẽ columbę: a furuo. i. nigro dicta. Virg. lib. ij. geo. In ſicco ludunt fulicę: ꝙ autẽ quidã liber impreſſus dictionarium appellet φηνηρ male interpretatus eſt auctoritate Aeliani in libris de aĩalib᷑: et Euſtachij: ⁊ Homeri q̃ſi in fine lib. iij. odyſ. ipſa φηνη auis eſt ęgypti magna: homerus ωσ αραφωνησ ἀσα πεσηνλἀυκω πισ αθηνη φηνηει δομενηφαμβοσ δελἑ πανΤἀσ ιδορΤοσ ſed Suidas φηνι ειδοσ ορνεουισ ον αεΙου inepta eñ eſſet homeri comparatio pro fulica.

Fuligo pe. pro. ſimiliter a furuo. i. nigro.

Fulgor ſplendor.

Fulgidus a. um. pe. cor. clarus ſplendidus.

Fulgeo es. ſi. ſum. a φλὸξ deducitur qd̛ apud grecos flammã ſignificat. Unde ⁊ ꝓ lucere ⁊ ſplendorẽ mittere ſumit̃. Luc. lib. x. Fulget gemma toris ⁊ iaſpide fulua ſuppellex. Et fulgere vt inquit Feſtus ꝓ ferire priſci dicebant. Unde fulgur dictũ eſt. Huius cõpoſita ſunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Liui. Et nauiũ ſpeciẽ de cęlo auffulciſſe. Confulgeo ſimul totus fulgeo. Plau. in Amp. Ardere cenſui ędes ita tum confulgebãt. Effulgeo ſplendorẽ emitto pręfulgeo: vide loco ſuo. Refulgeo ſplendorem reddo. Perſi. Et ſi doloſi ſpes refulſerit nummi.

Fulgo is. ſi. ſum. t̃tię ↄiugatiõis in eadẽ ſignificatiõe. Virg. lib. vj. Ille autẽ paribus quas fulgere cernis in armis. Idem lib. ix. Auroq̃ effulgere fluctus.

Fulgur uris. et fulgus uris. vel oris. penulti. cor. ſicut Tergus oris: vł fulgus eris: ſicut munus eris. Et eſt lux illa et quaſi fibratio luminis quę ante cernitur q̃ tonitruum audiatur. Conſtat autez fulmen ⁊ fulgur ęque ignẽ eſſe: Sed fulguratio vt inquit Seneca nihil aliud eſt q̃ flamma futura: fulmẽ ſi plus virium habuiſſet: ſiue fulmen nõ perlatũ vſq̃ in terras. Fulmen ẽ fulguratio ꝑducta in t̃ras et ipm (vt ita dicã) telũ. Pli. Fulmẽ eſt cũ flatus in nube aut vapor ęrũpit ardẽs cũ longiore tractu nitit̃ fulgetra: hinc aiũt naturaliũ cauſarum ſcrutatores ꝙ fulgura ex nubiũ colliſione generentur in morem ſilicũ duriorũ quos cum comploſeris ſibi medius ex his ignis extritus elabitur: atq̃ ita cum fulgore pariter ⁊ tonitrua mugire: tonitrua ſcilicet ſonitu indicante et fulgura excuſſi luminis claritate.

Fulguritas ſplendor. Lucil. Luporũ aciem clarum et fulguritatẽ arborum.

Fulgetrũ: idem qd̛ fulgur ⁊ fulguratio.

Fulguro as. pe. cor. fulgur emitto: ſeu fulgure afflo: vnde fulguratũ fulgure tactũ vel exuſtum.

Fulgurator fulgurũ inſpector.

Fulgurio ris. penul. cor. fulgur iacio. Neuius. Sane a ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter. i. fulgure afflauit. Feſtus. Fulguratũ: id eſt qd̛ fulmine ictum. Qui locus ſtatim fieri religioſus putabatur: ꝙ eum deus ſibi dicaſſe videretur.

Fulmen vapor ignitus compactus ⁊ ſolidus: impetuoſe cadens qui e nubibus excitatur. Virg. lib. j. ge. Ipſe pater media nymboꝝ ĩ nocte coruſca Fulmina molitur dextra.

Fulminare eſt fulmen iacere. Sene. Minore eñ igne ad fulgurandũ q̃ ad fulminandum opus eſt. Et fulminatũ fulmine ictum.

Fullones: qui curanda poliendaq̃ veſtimẽta accipiũt a fouẽdis aqua calida veſtib᷑. Inde ars fullonia dr̃.

Fuluus: color dicitur qui ex rufo ⁊ viridi videtur eſſe mixtus in alijs plus viridis: in alijs plus rufi habẽs: ſicut poeta diligentiſſimus fuluam aquilam dicit et iaſpidem: fuluos galeros: fuluũ aurũ: et arenã fuluã ⁊ fuluum leonem: et fuluũ ęs.

Fumus: a fumo: a quo fumoſus: fumo abundans. Fumeus ex fumo exiſtens. Infumibulum per quod fumus erumpit.

Funariũ: locus vbi vina fumo condiebant̃. Mar. Improba maſſillię quicq̃d funaria cogunt. Accipit ętatẽ quiſq̃s ab igne cadus. Nã vina fumo ꝑcocẽ trahunt maturitatẽ ⁊ celerius vetuſteſcunt: vt docet Colu.

Fumo as. fumum educo. Virg. Et iam ſumma ꝓcul villarum culmina fumãt. Huius cõpoſitum eſt Infumo pe. pro. quod eſt ad fumũ ſicco.

Fumigo as. penul. cor. ponitur pro ſuffio: et Fumigatio pro ſuffitu.

Fumifico as. idem quod fumigo. Plau. Eiq̃ vt arabico fumificem odore.

Fundi orum. vrbs latinorum mediterranea. Dicitur ⁊ fundanus ager.

Fundus ager: ꝙ fundat quotãnis multa. Vel ꝙ ſit rei familiaris fundamentum. Nã pecuniarum ratio labilis eſt. Vel ideo fundus dicitur ꝙ planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Et fundi appellatione inquit Florentinus iuriſcon: oĩe ędificium ⁊ omnis ager continetur. Sed in vſu vrbana ędificia ędes: ruſticę villę dicuntur.

Funda qua lapides rotant̃. Virg. libro. j. geor. Stuppea torquentẽ balearis verbera fundę. Eſt etiã funda retis genus qd̛ in orbẽ ſpargitur: quod ⁊ reticulũ dici ſolet. Idem in eodem. Funda iam verberat amnem. Accipitur quandoq̃ pro ſacculo ſeu marſupio in modum retis facto: in quo pecunię et alia gerunt̃. Macro. Cũq̃ acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in fundã pauperẽ manu paucos denarios ꝓtulit quod principi daret. Quod ſacculi genus etiã reticulum vocat̃. Hora. Reticulũ panis venales inter bonuſto Forte vehas humero. Aliquando pro circulo ex auro ſiue alio metallo quo gẽmę ita nectunt̃: vt aurum nõ niſi margines amplectat̃. Pli. Fũda includunt̃ ꝑſpicue ceteris ſubijcit̃ aurichalcum.

Funditores: qui funda dimicant. Sal. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et ſagittariorũ delecta manu.

Fundibularij ſimiliter qui funda dimicant.

Fundum: ima pars cuiuſq̃ rei q̃ aliquid liquoris in ſe contineat: vel ad continendũ facta eſt: vt doliũ nauis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

alueí fluminis:lacus mar̃. Hinc fundamentũ ⁊ profundũ quod ꝓprie imũ ſignificat: vt ꝓfundũ mare: dictum ꝙ ꝓcul habeat fundum.

Funditus penul.correpta aduerbiũ ſignificat a fundo: ſicut Celitus a cęlo.

Fundamen: et fundamentũ vtroq; modo dicitur ꝓ eo ſup̃ qđ quid fundat̃. Aug.lib.xviij.de ci.dei. A quibꝰ tm̃ prima cepta fundamina ⁊ altare ꝯſtructũ eſt.

Fundo as.firmo: et quaſi fundamentũ facio:ſtabilio. Pro quo etiam dicere ſolemus Jeci fundamentum Transfert̃ ⁊ ad incorporalia. Quintil. Fundatã pat̃nis auidiſq; opibus domũ exhaurit. Cice. Quantũ in me fuit ieci fundamenta pacis. Huiꝰ cõpoſita ſũt Effundo as. quod eſt a fundo euerto. Ceci. Reſpublica amiſſo ⁊ effundato pulcherrimo nõ paruã fecerat iacturã. Suffundo ſubijcio. Var. Qui i domibꝰ latericeis paululum modo lapidibus ſuffundatis vt humorẽ fugerent habitabant.

Fundo is.fudi fuſum: liquefacio. Vñ metalla dicunt̃ fuſa:id eſt liquefacta. Plinius. Fuſo ac ſuperiniecto plũbo. Hinc fuſile:fuſor:et fuſorius. Quoniam ꝟo quę fuſa ac liquida ſunt ſpargi ſolent. Fundere pro ſpargere ponitur. Clau. Et peſſima fudit vina cadis Lact.libro.vj. Fundendus ad vltimũ cruor: omnia deniq; amara ⁊ grauiora patientur ferenda. Aliquãdo ꝓ proſternere. Virg̃. Ne prius abſiſtit q̃ ſeptẽ ingẽtia victor corpora fundat humo. Aliquãdo pro profligare quod vernacula lingua dicimus mettere in rotta. Liui.li.j. Exercitũ fundit fuſum perſequitur Aliquando ꝓ abundanter prebere. Virg. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliquãdo pro largeloqui. Idem libro tertio. Talia fundebat lachrymans. Aliquando pro demittere vt apud eundem. Criſtiſq; a vertice flammam fundit. Huiꝰ compoſita ſunt. Affundo ad aliquid fundo. Pli. Exprimitur folijs ſuccus molliſſimis in pila tuſis affuſo paulatim vino auſtero. Confundo perturbo opprimo: ſiue omnia in vnum miſceo cõiungo. Liui.lib.j. Alterius vrbis duo populi in vnum confuſi ſunt. Virg.lib.iiij. Qui nunc ore arethuſa tuo ſiculis confundit̃ vndis: id eſt coniungitur. Pli. Et ſi miſceantur facile ꝯfundunt colorem.i.perturbant. Circũfundo: circum circa ſpargo. Apul. Atq; eo liquore ſtabulũ om̃e circũfundit. Virg. Vndiq; viſendi ſtudio troiana inuentꝰ cirũfuſa ruit. Defundo deorſum fundo. Cice.lib.iiij. ad Heren. Nam vt forte hic in balneas venit: cepit poſtq̃ defuſus eſt defricari. Diffundo: Effundo de quibus ſupra. Infundo intus fundo. Colu.libro.ij. Verumq; faucibus ſi ęſtuauerint boues infundet. Hiero. Cęleſtis plane imber virgineũ in vellus placido ſe infudit elapſu. Hinc infundibulũ. Quãdoq; infundere eſt ſup̃ fundere. Virg.li.j.geor. Certatim largos humeris infundere rores. Quãdoq; abũdãter fundere. Hiero.lib. Re. Feſtina ⁊ veni quoniam infunderũt philiſtim ſuper terrã. Interfundo: in medio fundo. Amb. de filio prodigo. Et quaſi interfuſo luxurię ęſtu ſecular̃ diuortia habere ſanctorũ. Offundo: Perfundo: valde ſiue per omnes partes fundo ſpargo. Ouidi. Perfuditq; genas lachrymis. Hierony. Vere plena per quam largo ſancti ſpiritus imbre perfuſa eſt om̃is creatura. Profundo: refundo: rependo. Seneca. Id erat non tã accipere beneficiũ q̃ refundere. Interdũ reſtituo qđ ſparſum erat. Idẽ Quicquid deerit ex meo refundã. Interdũ Reijcio. Vt om̃em culpam in te refundã. Interdũ retrofundo: euomo. Pli. Quod heſterna crapula ingurgitauerat palam refudit. Suffundo eſt ſuprafundo: aut deorſum inijcio. Col.li.vij. Laſſe ⁊ ęſtuanti mulę ad os in fauces dimittit̃: vtrũq; in os ſuffundit̃. Plau. in Cur. Mane ſuffundã aquulã. Interdũ forinſecus ſpargo cũ infundo potiꝰ de interiori p̃te dicat̃. Virg. libro primo geo. At ſi virgineũ ſuffuderit ore ruborem Vẽtus erit. Ser. Suffuderit forinſecꝰ habuerit. Hinc ſuffuſio qui morbꝰ ẽ oculoꝝ: vulgo Cataracta vocant: hęc paracenteſi curatur. Eſt autẽ παρακεντησισ q̃ manu fit a chirurgicis dũ curari alit̃ morbi non poſſunt. Inungit̃ priꝰ locus: deinde vel acus: vł hamulus infindit̃. Idq; paracenteſis dicit̃. Interdũ Suffundere eſt ſubijcere: a quo ſuffundatum ſubiectum dicimus. Tractum a fundamẽto. Var. Qui in domibꝰ lateritijs paululũ modo lapidibꝰ ſuffundat̃ vt humorẽ fugerent habitabant. Interdũ confundo ſiue rubore p̃fundo. Hiero. Hęc ⁊ hmõi Theophraſtus diſſerens quẽ nõ ſuffundat chriſtianoꝝ quorum conuerſatio ẽ in cęlis. Cicero pro inſpergo poſuit ad Lentulũ ſcribẽs. Noni animũ tum mihi amiciſſimũ tũ nulla in ceteros maliuolẽtia ſuffuſum. Sup̃fundo Lac.lib.vj. Extinguit̃ protinus tanq̃ igni aquã ſup̃fuderis. Transfundo de vno ad aliud fundo: ſpargo mitto ve. Cic. Dolobelle. Libentiꝰ om̃es meas laudes ſi modo ſunt aliq̃ mee laudes ad te trãſfuderim q̃ aliquã partẽ exhauſerim ex tuis. Cato de re ruſti. Vbi dies.xxx. p̃terierint trãſfundito: ita relinquito.

Fundito as.pe.cor.ſępe fundo. Plaut.in am. Cũ cruciatu tuo: iſtec hodie verna ꝟba funditas.

Funis tam maſculini.q̃ fęmini.generis eſt: a fundo.is deduci videtur ꝙ dum trahitur atq; attenuatur linũ fundi videatur.

Funalia cerei: ꝙ ante vſum papiri funes cera circundatos habere ſolebant. Funales ꝟo equi ſunt qui fune .i. reſte iuncti currũ p̃cedũt. Sue.in Tiberio. Dehinc pubeſcens actiaco triũpho currũ auguſti comitatus ẽ ſiniſteriore funali equo.

Funus eris.pompa q̃ fit in exequijs mortuorũ. Enniꝰ. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. A funalibus dictum funus ꝙ incenſi funes mortuis p̃ferebant̃: quoniã noctu efferebant̃ cadauera vel potius qm̃ φορος λεγεται και φουρος ιωρικως φορωγαρ και φορευω εστι τοαραιρεω. Interdũ ſignificat mortẽ. Vir. Nec moritura tenet crudeli funere dido. Interdũ ponitur pro cadauere. Teren. Effert̃ funus. Interdũ ꝓ ſepulchro. Virg̃. Ergo inſtauramus polydoro funus.

Funerius a. um. qđ ad funus p̃tinet vt funerę mulieres ad q̃s p̃tinet funus: vt puer ſoror ⁊ mater:

Funerale dicit̃ quicquid ad exequias pertinet.

Funebre penul. cor. ſimiliter quod ad funus pertinet: vt funebris pompa. Quintil. Quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Et funebres tibię quibus in funere canebatur. Aliquando dicitur cędibus plenum vel mortale. Horatius in Ser. funebre bellum dixit.

Funero as.pe.cor.ſepelio. Pli.li.xxxiij. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertijs vndecim milibus.

Funeſtus a. um. qđ eſt funere inquinatũ. Vñ funeſto. as. Et funeſtũ mortiferũ cruentũ. Sene. Vox illa funeſta reip. Itẽ funeſtum quod funeribus adhibet̃: vt funeſta tibia qua ad funera canebant.

Funeſto as.funere inquino. Vñ domus funeſtata: quę aliquo funere affecta ẽ. Plau. Paternã domũ funeſtaui. Aliquãdo funeſtare eſt cruentare.

Funabulus penul. corre. qui graditur p̃ funes. Hunc gręci ſchoenobanta dicunt. Funãbulus ꝟo pro fune poſuit. Hier. de morte Paule. Iactent alij pecunias et in corbonam dei ęra congeſta: funabuliſq; aureis dona pendentia.

Funepeus: idem qđ funabulus. Apule. Comedus ſermocinat̃: tragedus vociferat̃: funepeus periclitat̃.

Funiculus: cum ſit diminutiuũ a fune: vt funiculus duplex difficile rumpitur. Ponitur tamẽ quãdoq; pro

menſura certi itineris: vt apud ps. Semitam meam et funiculum meū inueſtigaſti. Iuxta eīm egyptios in ripis fluminū ſolent naues funibus trahere certa habentes ſpatia que appellant funiculos vt labori defeſſorum recentia trahentiū colla ſuccedant. Nec mirū ſi vnaqueq; gens certa viarum ſpatia ſuis appellet noibus. Cū et latini miliariū mille paſſus vocant: et galli Leucas ⁊ raſtas vniuerſa germania: atq; in ſingulis noibus diuerſa menſura ſit.

Fungus: a funere vt quidā aiūt: deſcendit: ꝙ veſcētibꝰ periculoſiſſimus ſit cū vel caligaris clauus: vel chalybis rubigo: aut panni marcor affuerit aut ſi ſerpēs primo paſcentē adhalauerit. Fungorum diuerſa ſūt genera. Nam ſunt boleti: pratenſes albi qui in pratis naſcunt. Spongioli a ſimilitudine ſpōgie Digitelli a digitis. A porrigine porriginoſi. Naſcūt et in arboribus fungi: et in ſpinarum radicibus. Hinc Fungoſus a. um. qđ eſt rarū ⁊ leue ad ſimilitudinē fungi. Pli. Hunc totū fungoſa replet medulla.

Fungor eris. functus. Fungi ſignificat vti ſeu officiū aliquod aut dignitatem habere: agereq;: vt fungor officio delegato. Fungor pretura. Fūgor vita: quod eſt fungor officio vite et munere adminiſtrandi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus: qui munia vite peregerūt. Et cōſtruit cū ablatiuo. Lact. Ita.n. delegato ſibi officio functi ſunt. Aliquando cū actō. Ter. in adel. Aeſchinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officiū viri. Plau. in Men. Nā paraſitus octo hominū munꝰ facile fungit. Fungi quoq; finire dicit. Unde vita functus dicitur qui vitā finiuit. Lactā. lib. iiij. Et cū magiſterio functꝰ fuiſſet traderet in manus impiorū. Huiꝰ compoſita ſunt Defungor: quod eſt expedio: finem facio: perago ceſſo ⁊ liberor: ab aliq̄ officio vel munere. Virg. O tandē magnis pelagi defuncte periculis. i. qui finiſti ⁊ euaſiſti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cepere. i. que euaſerunt morbos. Terē. in adel. Utinā hoc ſit modo defunctū. i. vtinā hoc malum vltimū ſit quo defungatur: in quo finiat officiū ſuum. ſ. eſchino talia perpetrādi. Perfungor perfecte fungor. Cice. Lentulo. Cū ⁊ honoribus ampliſſimis et laboribus maximis perfuncti eſſemus. Idē. Perfuncto hoc miſero fataliq; bello.

Fuo is. fui. futum: ſignificat arguo. Plaut. in am. Ne quis tam audax fuat homo qui obuiā obſiſtat mihi. Hinc Futo as. de quo infra. Eſt etiam idem qđ ſum: vnde et pteritū fui.

Furuum obſcurū: a quo Furuus. fornax. Fumus furie. fuligo: fulica.

Fur: generis cōis ſubtractor a fero ꝙ ferat. i. auferat res alienas. Vel vt inquit Var. lib. xiiij. rerū diui. a furuo nigro ꝙ furta clā fiant: ⁊ plerūq; in nocte Sabinus a fraude. Alij a greco φωρ a quo Furtū deducitur. Differt autē fur a latrone ſm Hiero. ꝙ fures inſidient ⁊ occulta fraude decipiāt. Qui. n. furantur nocte furant ⁊ in tenebris. Un̄ ſignificāter ait Oſee ꝙ fur clam ingreſſus ſit: et latrūculus expoliet foris. Sed plerūq; indifferenter ponunt. Per trāſlationē qn̄q; fur capit pro ſeruo. Virg. Quid dn̄i facient: audent cū talia fures? Compoſita ſunt bifur et trifur id ē ſummefur. Aurifur qui furat aurū.

Furculus ſm Priſ. diminutiuū eſt a fur.

Furunculus etiam diminutiuum a fur. Cice. in Piſo. Olim furunculus nūc etiā rapax. Accipit etiā qn̄q; ꝓ muſtella ſylueſtri qua in cauernis cuniculi capiuntur. Et furunculus dr̄ tuberculū acutū cū inflāmatione ac dolore in carnoſis maxime partibus vt ſcribit Galenus: Prouenit ex humoribꝰ craſſis: differtq; a phymate: ꝙ hoc maius eſt furunculo rotūdius atq; planius. Fit etiā furunculus ex capillamento. Colu. lib. v. Plerūq; autē germē de cicatrice ꝓcedit quod ſiue longū ꝓſiluerit in flagellū ſubmittit: ſiue breuiꝰ in pollicē: ſiue admodū exiguū in furūculū: is ex quolibet ⁊ minimo capillamento fieri poteſt. Dictus furunculus: ꝙ q̄ſi fur furtim naſcat.

Furtum: vt Pau. Iurecon. diffinit eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciēdi gratia vel ipſius rei: vel etiā vſus eius poſſeſſioniſve quod lege naturali ꝓhibitū eſt admittere. Veteres tn̄ vocabāt furtū quicq̄d clā cōmitteret. Virg. Vulcani martiſq; dolos: et dulcia furta. Hinc furta ꝓ adulterijs legunt. Tibul. Celari vult ſua furta venus. Pro inſidijs. Vir. li. xj. Furta paro belli cōnexe in tramite ſylue. Armato vt binas obſidā milite fauces. Sal. li. j. hiſtoriarū Metu gētis ad furta belli peridonee Furta domeſtica vocantur q̄ ſerui dominis vel liberti patronis: vel mercenarij apud quos degunt ſurripuerūt.

Furtim aduerbiū ſignificat latēter. Virg. lib. iij. enei. Infelix priamus furtim mandarat alendū.

Furax acis. dicit qui facile furatur.

Furtificus a. um. qđ furtū facere ſolet. Plau. in perſa. Ubi illa altera eſt furtifica lena?

Furtiuus a. um. penul. pro. qđ furto raptū eſt: in ſignificatiōe paſſiua. Plau. i penu. Que furto rapte erāt furtiuas vēdere ingenuas collibertus meus. Qn̄q; furtiuū dr̄ clandeſtinū. Unde ⁊ furtiue lr̄e ⁊ furtiua ſcripta q̄ artificio quodā fiunt ne legi poſſint ab alio q̄ ab eo ad quē ſcribunt. Gel. Res quaſdā occultas nunciare regi furtiuo ſcripto volebat.

Furor aris. furtum facio: vt apud apoſtolū. Qui furabat iam non furet.

Furfur: nomen auis ⁊ purgamentū farine. Unde Furfureus a. um. quod eſt ex furfure. Et furfures morbꝰ capillorum.

Furca a fero: inſtrumentū quo ſtramenta ferunt. Un̄ bifurcus ⁊ bifurcatus: et bifurcatim. Huiꝰ diminutiuū eſt Furcula: a quo fit aliud diminutiuū Furcilla.

Furcilla: diminutiuū a diminutiuo furcula eſt: et ſignificat inſtrumentū quo frumenta cillentur. i. mouent. Nam cillere mouere eſt: ⁊ quo fenū: palea ⁊ id genꝰ reliqua iumentis miniſtrant. Hoc ruſtici in feno colligendo vtuntur. Var. lib. j. de re ruſti. Herba cum creſcere deſijt et eſtibus areſcit ſubſecari debet: et ꝙ perareſcat furcillis verſari.

Furcillis pe. cor. inſtrumentū bidentatū tridentatūve quo vtimur ad extrahendū fimū.

Furciferi dicebantur ſerui qui ob leue delictū cogebātur a dominis ignomine magis q̄ ſupplicij cauſa circa vicinos furcam in collo ferre ſubligatis ad eā manibus et predicare peccatum ſuum: ſimulq; monere ceteros ne quid ſimile admitterent. Unde Plutar. in vita coriolani. Furcifer hinc nomen eſt ꝙ maxima pena apud antiq̄s ſeruo peccanti erat vt is plauſtri lignū cui temo affigit ſpectante vicinia ferens circūagere. Quod vbi factū erat inſidꝰ a domeſticis ⁊ vicinis exiſtimatꝰ furcifer appellabat. Nā latini lignū illud furcā appellabāt. Hinc trifurcifer: ſummefurcifer dicit: ſicut Triuenefica ſumme venefica.

Furor furoris Inſania q̄uis inter ſe differāt: ſicut Ci. lib. iij. tuſ. declarat. Itaq; nō eſt ſcriptum ſi inſanus: ſed ſi furens eſſe incipit. Inſaniam eīm eſſe cenſuerūt inconſtantiā ſanitate vacantē que tamē poſſet tueri officiorū ⁊ vite cōmunē cultum atq; vſitatum. Furorem autē rati ſunt mētis ad oīa cecitatē. Quod cū maius eſſe videat q̄ inſania tn̄ eiuſmodi eſt vt furor in ſapientem cadere poſſit: nō poſſit inſania. Fit eīm furor aliq̄n vitio valitudinis vt in ijs qui melancholici appellantur: quos tn̄ Ariſtoteles cenſuit habere aliquid in animis p̄ſagiēs atq; diuinū. Aliq̄n accipit pro mēte vi quadā diuina concitata qualis eſt furor

poetarū. Negat quippe Democritus quempiā po
etarū magnū eſſe poſſe ſine furore. Cice. Ineſt igit͛
aīs ꝑ ſagitio extrinſecus iniecta atq̄ incluſa diuinit⁹.
Ea ſi exarſit acrius furor appellat͛ cū a corpore ani/
mus abſtractus diuino inſtinctu cōcitat͛. Interdum
furor ſumit͛ pro nimia ira. Luc. Quis furor o ciues:
q̄ tanta licētia? Sed inter irā ⁊ furorē. Hieron. hoc
intereſſe ſcribit ꝙ furor ſit vindicta irratiōabilis cū
fellis amaritudine. Ira ꝟo cōmotio aię. Dict⁹ furor
ꝙ huc atq̄ illuc temere ferat͛.

Furię deę furoris ſunt dictę: ⁊ noctis acherontiſq̄ filię
fuiſſe memorant͛. Alecto Teſiphone: et Megera.
Virg. Dicunt͛ geminę peſtes cognoīe dirę. Quas
⁊ tartareā nox intēpeſta megerā Uno eodēq̄ partu
tulit. Fictū eſt a poetis inferna loca furias habitare:
ſed tormenta ſcęleſte mentis eſſe veteres voluerūt.
Cice. pro Roſcio. Nolite putare quēadmodū in fa/
bulis ſępenūero videtis eos q̄ aliquid impie ſcelera/
teq̄ cōmiſerūt agitari ⁊ ꝑterreri tedis ardētib⁹: quē/
q̄ fraus ⁊ ſu⁹ terror maxime vexat: ſuū quēq̄ ſcelus
exagitat: amētiaq̄ afficit: ſue male cogitatiōes cōſci/
entięq̄ animi terrent. Hę ſunt impijs aſſiduę dome/
ſticeq̄ furie quę dies nocteſq̄ parētū pęnas a ſcele/
ratiſſimis filijs repetant. Tres etiā furię ſignificant
tres animi affect⁹ q̄ hoīes in oīa facinora ꝑcipites
agunt: videlicet ira/cupiditas/libido. Ira vltionē de
ſiderat: cupiditas opes: libido voluptates. De iſtis
Euripides in Oreſtis tragedia. Sȝ aliud ē parce clo
tho lacheſis atropos: de q̄b⁹ cebetes theban⁹ in pi/
ctura vitę ο και γερων ο ἄνω εστηκωσ εχων
χαρτην τινα εν τη χειρι και τη ετερα ωσ περ
δεικνυων τι ουτοσ δαιμων καλειται προσταт
τει δετοισ εισ πορευμενησ τιδει αυ τουσ πο
ειν ωσ αν εισ ελθωσιν εισ τον βιον και δεικνυ
ει ποιαν ο δον αυτουσ δειβαδιζειν εισ ωζε/
ασ θε μελκουσιν εν τω βιω.

Furioſus dicit͛ a quo furor nunq̄ recedit.

Furo is. inſaniui: ira exagitor. Apul. Furit enſem cor/
ripit fert͛ in eū ꝑceps: nil tale timentē aggredit͛. Qn̄/
q̄ furere eſt inſanire. Cice. lib. j. offi. Verſutū ⁊ calli/
dū factū Solonis q̄ quo tutior vita ei⁹ eſſet et plus
aliquāto reip. prodeſſet furere ſe ſimulauit.

Furio as. cū furore concito. Hora. lib. car. Quę ſolet
matres furiare equarū.

Furiatus: qui ex cauſa furit. Virg. Non tulit hāc ſpe
ciē furiata mēte chorebus.

Furibundus qui vehementer furit. Sal. Tum ille fu/
ribundus quādoquidē circūuētus inquit ager incen/
diū meū ruina extinguā.

Furnus a furuo. i. nigro colore propter fuliginem vel
ꝓpter obſcuritatem quā intus habet vt inquit por/
phirio: locus in quo panis coquit͛. Differtq̄ a cly/
bano ꝙ clybanus mobilis eſt et quaſi paru⁹ furnus
teſtaq̄ aliquādo tegit͛: ſed fere e metallo fit. Interdū
etiam ex lapide conſtat: non tam pani q̄ alijs dapi/
bus coquendis ſeruiens. Furnus vero ex cemēto et
calce conſtat: magnuſq̄ ⁊ immobilis eſt. Pli. Corti/
ces quoq̄ decuſſi lini clybanis ⁊ furnis ꝑbent vſum
Os furni prefurniū dicit͛.

Furnaceus a. um. qd̄ ad furnū pertinet. Idez. Nā fur
naceis panibus binas adijciunt libras.

Furnaria abſolute dicit͛: ſicut Cenacularia: et Saga/
ria. Dicitur autē quis furnariā exercere qui ex furno
paniſq̄ coctura queſtū facit: vel qui furnos locat cō/
ductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius ſectiōibus
⁊ futuris vberius compendiū nactus ex muliere vul
gari antiochi cuiuſdā furnariā exercentis filia equitē
roma genuerit.

Furnarie mulieres vulgo dicunt furno operantes.

Fuſcina penul. cor. telū tridens ſiue triſulcū piſcatoriū
ꝙ fundo natātia capiat: inſigne neptuni erat: vt apd̄
Priapeiā Neptuni fuſcina telū. Hoc etiā Retiarij
in gladiatorijs ludis vtebantur. Iuue. Vicerat hoc
monſtrū manicati fuſcina gracchi.

Fuſcinula dimi. parua fuſcina. Hier. lib. j. Re. Habe/
bat fuſcinulam tridentē in manu: et mittebat eam in
lebetē ⁊ qd̄ leuabat fuſcinula ſibi tollebat.

Fuſcus a. um. color ſubniger. i. nō plene niger qualis
eſt Indorū meridionaliū ⁊ ęthiopiū color.

Fuſile pe. cor. quod fundi poteſt: ſeu qd̄ fuſum eſt: vel
qd̄ pronum eſt ad fundendū. Gel. Qui ſunt leues ⁊
fuſiles ⁊ importuni locutores.

Fuſorius a. um. quod ad fuſionem hoc eſt liquefactio/
nem ꝑtinet: ſeu qd̄ fundit͛ aut fundi poteſt: vt opus
fuſoriū. Hiero. in exo. Formauit ope fuſorio: et fecit
ex eis vitulū conflatilē. Fuſoriū vas in quo metalla
liquefiunt. Et ars fuſoria ars fundendi miſcendi trāſ
mutandiq̄ metalla.

Fuſores qui fundunt. i. liquefaciūt.

Fuſus a. um. participiū a fundo is. Fuſus fuſi: inſtru/
mentū qd̄ mulieres nendo digitis voluūt: vt ē illud
Et digiti ei⁹ apprehenderūt fuſum. Fuſim aduerbiū
ſignificat ſparſim.

Fuſtigo as. penul. pro. fuſte ſtimulo.

Futo as. redarguo: a quo Confuto et Refuto. Vide
in dictione Refuto. Cato. Futauit vſus eſt ſępius
pro fuit.

Futio futis effluo: a quo cōponit͛ Effutio: de quo alibi

Futile penul. cor. quod facile fundit͛. Unde vas futile
quod erat latiſſimi oris ex altera parte arctū qd̄ ſta/
tim poſitum effundebat͛. Utebātur eo in ſacrificijs
deę veſte: quia aqua ad ſacra hauſta in terra non po/
nit͛. Quod ſi fiat piaculū eſt. Unde excogitatū vas ē
qd̄ ſtare non poſſet: ſed poſitū ſtatim effunderet͛. A
quo Futiles dicti ſunt qui continere tacenda nō poſ/
ſunt: ſed ea effundunt. Apul. Leuis homo et futilis
ac rimarum plenus.

Futuo futuis futui fututum obſcęnum verbum: quod
a futio deduci videtur. Cum nihil aliud ſit futuere q̄
ſemen effundere.

G Littera muta eſt:
quę in verborū ꝑteritis mutatur in
ct. vt legor lectus. Agor actus. Ali
quādo in ſ. vt ſpergo ſparſi: mergo
merſi. Aliquādo in x. vt rego rexi.
pingo pinxi Apud grecos: qd̄ illi p
c. ſcribunt: quādoq̄ nos per g. ſcri/
bimus vt κυκνοσ nos cygnus illi
κωβιοσ nos Gobius vel gobio.

## G Ante A

Gaba per ſimplex b. teſte Ioſepho lib. v. antiquitatū
iudaicarū Galilęę oppidū eſt.

Gabba per duplex bb. Syrię vrbs eſt.

Gabaon olim metropolis ⁊ regalis ciuitas Eueborū:
⁊ nunc vt refert Hieronymus oſtendit͛ villa eodem
nomine in quarto miliario Betelis contra occiden/
talē plagā iuxta rhama: vbi Salomon oblatis victi/
mis diuinū meruit oraculū.

Gabaonite penul. pro. ſūt ppl̄i in Gabaon habitātes.

Gabate penultima correpta vaſa concaua edulijs pul
mentarijſq̄ aptiſſima. Mar. Tranſcurrunt gabate:
volanteq̄ lances. Et alibi. Sic implet gabatas para/
pſideſq̄.

Gabalus penultima producta: apud veteres crux ſiue
patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari ꝙ inno
centes in gabalum ſuffigimus homines: vos nō bar
bari ꝙ noxios abſoluitis.

Gabalum penulti. cōmuni oppidū Auernorū in gallis